1692

SACRO-SANCTI CANONIS Missæ expositio pia & catholica, à doctiss. viro M. GABRIELE BIEL, sacræ Theologiæ professore in Epitomen contracta, ac recens explosis mendis enchiridij forma edita.

ANTVERPIAE,
Apud Ioannem Bellerum, sub Aquila aurea. 1565.

Cum Priuilegio.

Priuilegium.

Cæſareo Priuilegio cautum eſt, ne quis Typographus aut Bibliopola præter Ioannem Bellerũ Epitomen Gabrielis Biel in Canonem Miſſæ imprimat, néue alibi impreſſam in eius ditiones vænalem inuehat, prout fuſius patet in ipſis literis ei cõceſsis Bruxellæ. IIII. Septemb. M. D. LV.

P. Lens.

INTEGRITATE

VITAE CVM PRIMIS, AC pietate commendabili Viro D. Theodorico Hezio, ſacræ Theologiæ Licentiato, & cathedralis eccleſiæ Leodienſis ad S. Lambertum Canonico ac Vicedecano, domino ſuo plurimum obſeruando, Ioannes Bellerus S. D. P.

EPitomen quam in ſacroſanctum Miſſæ Canonem conſcripſit venerandus quondam Gabriel Biel, ſacræ Theologiæ in gymnaſio Tubingenſi profeſſor, libenter tuo hortatu excudendam ſuſcepi, vir integerrime: partim quia ex eius lectione fructus plurimum ad electos Dei ſacerdotes rediturum, tuo imprimis, & aliorum iudicio exiſtimarem: partim quia à nonnullis noſtri ſæculi hæreticis, huius ſacrificij vſum ab vniuerſitate catholicæ atque Romanæ Eccleſiæ receptum, & ab omnibus orthodoxis hactenus approbatum, & ſeruatum, ad blaſphemiam fœdè traduci conſpicerem. Hanc olim autor dum in humanis ageret, ac Tubingenſis gymnaſij cathedram ſuis prælectionibus illuſtraret, ex ſublimiori quam ſcripſit ſacri Canonis expoſitione, ſtudia iuuare cupiens tam doctiorum, quàm ſimpliciorum

in breue gratúmque compendium redegerat. In quo quidem de oratione ornatu non multùm sollicitus, magis visus est ignorantiæ caliginem detecta veritate, ab ijs qui sacerdotio funguntur, propellere voluisse, arduásque ter maximi Eucharistiæ sacramenti sententias elucidare, quàm sermonis vana ostentatione (vt nostra ætate ferè solent, qui nonnihil in vulgus edunt) se lectoribus admirãdum relinquere. Quicquid verò hic nostræ spectatur industriæ, meritò tuo nomini, vir ornatissime, inscribendum duxi, vt hoc veluti testimonio Leodiensi clero, cui ob morum probitatem vnicè suspiciendus venis, ex animo gratularer. Bene vale tui ordinis decus, & nostram hac in re diligentiam boni consule, tuóque fauore me meosque prosequere, & catalogo clientulorum adscribe. Antuerpiæ ex officina nostra Calend. Decemb.

PRO

PROLOGVS IN ABBREVIA-tionem expoſitionis ſacri Canonis Miſſæ, M. Gabrielis Biel. ſacræ Theologiæ Licentiati doctiſſimi.

QVoniam ſacerdotali dignitate ſublimatis perneceſſarium eſt noſſe ritum ac officij ſui miniſterium, neque enim dignè in eo miniſtrare poterunt ignorata ſummi huius ſacrificij intelligentia & ratione. Nam teſte Gregor. in Moralibus: Qui ea quę Dei ſunt, ſciunt, à Domino ſciũtur: & qui ea quæ Dei ſunt, neſciunt, à Domino neſciũtur, Paulo dicente. 1. Corinth. 14. Qui ignorat, ignorabitur. Et licet plurimæ expoſitiones orthodoxæ ſacri Canonis à plæriſq; magnis Theologis editæ ſint, atque vtiliter diuulgatę, in quibus abdita ſacratiſsimi ſacerdotalis officij myſteria in lucem prodiêre, quia tamẽ ſua profunditate ſimplicium ſacerdotum, in ſcholaſticis ſubtilitatibus minus exercitatorum ingenia tranſcendũt, necnon & ſua diffuſione tædioſos lectores repellunt, ſubijt animo propter huiuſcemodi ſimplicium inſtructionem, ſummatim & breuiter ſacri Canonis literalem expoſitionem atque planam miſſalis officij rationem: ex maiorum expoſitionibus colligere: allegationi-

b⁹ difficultatibusq; ſcholaſticis prętermiſsis remittēs lectorem in ſingulis ad expoſitionem quandam ſacri canonis, nouiſsimè in vniuerſitate Tubingenſi per me collectam, & ordinariè lectam, ac per 89. lectiones diſtinctam. Vt ſi cui placuerit, poſsit materias hic vel abbreuiatas vel dimiſſas, diffuſius lectitare. Quòd ſi non alijs, mihi tamen pro memoriali compendio non inutile cenſeo, pium in his efflagitans correctorem. Verùm vt hæc abbreuiatio legenti magis proficiat, oportuna erit & quaſi neceſſaria dicta expoſitio prolixior, cuius ſententias & nonnunquā verba hoc compendiū imitatur. Quod in duas diuidi poteſt partes. In proœmiū ſcilicet, ſiue partē præambularē, & partē principalē, quæ incipit ibi: Tractatis his quæ requiruntur ☞ Pars principalis in tres ſubdiuiditur partes, quæ patebunt in proceſſu. Pars prima dicitur miſſa catechumenorū. Secunda dicitur canon. Tertia dicitur cōmunio. Pars verò proœmialis in tria (ſi placet) poteſt partiri capit.

☞ *Partis proœmialis Capitulum primum, Quæ requiruntur ad ritè conſecrandum ſacroſanctæ Euchariſtiæ ſacramentum.*

AD ritè conſecrandum ſacroſanctæ euchariſtiæ ſacramētum, quædam requiruntur ex parte Sacramenti conficiendi,

ciendi, cõsecrantis ministri, circunstantiarum temporis & loci. Et horum aliqua requiruntur tanquã simpliciter necessaria ad consecrationẽ, quibus deficientibus non fierẽt cõsecratio, id est panis in corpus Christi, & vini in sanguinem cõuersio. Aliqua requiruntur de cõgruo, quibus nõ existentibus licet non impediatur consecrationis effectus, qui est conuersio panis & vini in corpus & sanguinẽ Christi, impeditur tamẽ fructus eò quòd inordinatè & indignè cõsecratur & sumitur. ☞ Ex parte sacramenti quædam requiruntur de necessitate, vt materia & forma. Quædam de congruitate, vt puritas materiæ & mũditia & azyma, atq; aquæ commixtio, quantùm ad consecrationem vini, de quibus posterius suis locis tractabitur.

CAP. II. Quæ requiruntur ad consecrationem ex parte ministri.

EX parte ministri de necessitate requiruntur potestas ordinis, facultas sermonis, integritas intentionis. ☞ Potestas ordinis, datur in collatione ordinis sacerdotalis, dum episcopus aliquem ordinando in presbyterum tradens ei calicẽ cum patina, infuso vino aqua mixto & pane suppositio dicit: Accipe potestatem celebrandi pro viuis & mortuis, &c. Vnde

patet quòd nullus qui non eſt ſacerdos celebrare poteſt, id eſt, euchariſtiã conficere, licet omnia ageret, intẽtione, verbis & geſtibus, quæ ſacerdos cõſecrans agit, vnde nec angeli, nec mulieres, nec laici conſecrare poſſunt. Requiritur ſecundò facultas ſermonis, vt ſcilicet ſacerdos poſsit diſtinctè proferre verba conſecrationis, vnde muti & elingues
Lect. 6. conſecrare non poſſunt, quanta autem diſtinctio verborum in ſua prolatione requiratur, infra dicetur cùm de forma diſſeretur. Requiritur tertiò, intentio integra, vt ſcilicet ſacerdos habeat intentionem virtualẽ faciendi illud quod eccleſia intendit, id eſt, quod intendat, quod per actum conſecrationis ſuæ id fiat in materia panis & vini, quod eccleſia intendit, etiam ſi non credat aliquid fieri. Vnde ad cõſecrationem nõ requiritur fides ſacerdotis, quippe hæreticus presbyter ſeruans formã eccleſiæ cum intentione prædicta & debita materia ſi attentat, verè conſecrat, de quo in expoſitione Canonis Lect. 6. late. ☞ Nõ autẽ requiritur intentio actualis in toto miſſæ officio, vt ſcilicet in omnibus ibi agẽdis & proferẽdis actualiter intẽdat facere quod eccleſia intendit ibi fieri, ſed ſufficit virtualis. Hoc eſt quod in principio officij, ſiue cùm celebrare proponit

ponit intendat actualiter celebrare, & hoc agere quod ecclesia intendit, & in virtute illius intentionis procedat ad celebrandū, & agendū ea quæ ad officiū requirūtur, etiā si postea nō cogitet actualiter de conuersione panis & vini in corpus & sanguinem Christi, dummodo non interuenit intentio cōtraria. Vnde omnia sequentia agit in virtute primæ intentionis, quæ nō ageret si prima intētio actualis non præcessisset. De quo latius Lect. 6. ☞ De congruitate verò ex parte ministri requiruntur duo in genere ad ordinatè consecrandum. Primum est amotio impedimentorū. Secūdum appositio conuenientium. Impedimenta quę tollunt dignam celebrationem tria sunt. Primū est culpa mortalis. Secundū pœna canonica. Tertiū aliquid inexistens, quod nec est culpa, nec canonica pœna. Omnis enim celebrās in mortali peccato sciēter (hoc est qui post commissum mortale peccatū, à quo non est sacramētaliter absolut⁹, cuius memoriam præmissa sufficienti diligentia examinis propriæ conscientiæ habere potuit) celebrat, etiam si contritus foret, indignè accedit, & accedendo mortaliter peccat, nisi necessitate aliqua constrictus confessorē se absoluere potentem ad manum habere non pos- *Lect. 7.* *Lect. 9.*

ſet. De cuius latiore declaratione vide lect. 7. per totum, & lect. 8.

☞ Pœnæ canonicæ impedientes dignam celebrationē ſunt, degradatio ſiue depoſitio, infamia, irregularitas, excommunicatio, interdictum, ſuſpenſio. Qui aliqua harum pœnarum tenetur conſtrictus, ſi celebrat ſciēs, mortaliter peccat. De quo vide lect. 9. Sunt & aliqua dignā celebrationē impedientia, quæ nō ſunt culpæ aut pœnæ, vt ſunt ſolutio ieiunij naturæ. Qui enim poſt mediū noctis aliquid ſumpſit per modū cibi, id eſt, in ſtomachū vel in via ad ſtomachū, ſiue ſit nutritiuū, ſiue medicinale, digeſtiuum vel laxatiuū, nō debet celebrare. Et dicitur per modū cibi &c. quia ſaliua traiecta, aut aliquid remanēs in dētibus ex heſterna comeſtione, aut guttula aquæ ex lotione oris cōmixta ſaliuæ, & nō manēs in propria ſpecie, nō impedit dignā celebrationē, nec ſoluit naturæ ieiuniū, de hoc lect. 10. Patitur hæc inſtitutio exceptionē in celebrāte, ſi per negligētiā primo in calice fuiſſet ſola aqua q̄ ſumpſiſſet, putās ibi fuiſſe ſacramentū. Tūc licet hac sūptione ſoluiſſet ieiuniū naturæ, tenetur tamē de nouo cōſecrare & ſumere, vt infra patebit. Et quo ad cōmunicātes ſi fuerint infirmi, & timeatur periculum ex dilatione

tione viatici, in hoc casu potest infirmꝰ etiã post cibum sumptum cõmunicari. Item immunditia corporalis coniuncta spirituali immũditiæ, vt fornicatio aut seminis somnialis effusio, inducẽs mentis hebetudinẽ, durante hebetudine (secundum doctores) abstinere facit à digna celebratione.

☞ Similiter corporalis immunditia inducens horrorem sacerdoti, vel populo circunstanti, aut periculum vomitus, impediunt dignam celebrationem. Secus de alijs immũditijs corporalibus peccato non coniunctis. Non enim polluuntur sacramenta contagione immũditiæ corporalis. Vnde leprosus aut seminifluus, vel menstrua patiens, non prohibetur à celebratione simpliciter, licet quandoque propter reuerentiam sacramenti, aut vitationem scandali non fit culpabile abstinere. De hoc vbi supra lectione decima.

Secundum in genere quod ad cõgruitatem celebrandi ex parte ministri requiritur, est appositio conuenientium. Sunt enim quædam ex ordinatione ecclesiæ præmittẽda celebratione, vt sunt actus quidam, & orationes, & sacræ vestes. *Lect. 11.*

Actus, sunt lotio manuũ, capillorũ cõpositio, & quod his maius est, cõscientiæ

ſet. De cuius latiore declaratione vide lect. 7. per totum, & lect. 8.

☞ Pœnæ canonicæ impedientes dignam celebrationē ſunt, degradatio ſiue depoſitio, infamia, irregularitas, excommunicatio, interdictum, ſuſpenſio. Qui aliqua harum pœnarum tenetur conſtrictus, ſi celebrat ſciēs, mortaliter peccat. De quo vide lect. 9. Sunt & aliqua dignā celebrationē impedientia, quæ nō ſunt culpæ aut pœnæ, vt ſunt ſolutio ieiunij naturæ. Qui enim poſt mediū noctis aliquid ſumpſit per modū cibi, id eſt, in ſtomachū vel in via ad ſtomachū, ſiue ſit nutritiuū, ſiue medicinale, digeſtiuum vel laxatiuū, nō debet celebrare. Et dicitur per modū cibi &c. quia ſaliua traiecta, aut aliquid remanēs in dētibus ex heſterna comeſtione, aut guttula aquæ ex lotione oris cōmixta ſaliuæ, & nō manēs in propria ſpecie, nō impedit dignā celebrationē, nec ſoluit naturæ ieiuniū, de hoc lect. 10. Patitur hæc inſtitutio exceptionē in celebrāte, ſi per negligētiā primo in calice fuiſſet ſola aqua q̄ ſumpſiſſet, putās ibi fuiſſe ſacramentū. Tūc licet hac ſūptione ſoluiſſet ieiuniū naturæ, tenetur tamē de nouo cōſecrare & ſumere, vt infra patebit. Et quo ad cōmunicātes ſi fuerint infirmi, & timeatur periculum ex dila-

tione

tione viatici, in hoc casu potest infirmꝰ etiã post cibum sumptum cõmunicari. Item immunditia corporalis coniuncta spirituali immũditiæ, vt fornicatio aut seminis somnialis effusio, inducẽs mentis hebetudinẽ, durante hebetudine (secundum doctores) abstinere facit à digna celebratione.

☞ Similiter corporalis immunditia inducens horrorem sacerdoti, vel populo circunstanti, aut periculum vomitus, impediunt dignam celebrationem. Secus de alijs immũditijs corporalibus peccato non coniunctis. Non enim polluuntur sacramenta contagione immũditiæ corporalis. Vnde leprosus aut seminifluus, vel menstrua patiens, non prohibetur à celebratione simpliciter, licet quandoque propter reuerentiam sacramenti, aut vitationem scandali non fit culpabile abstinere. De hoc vbi supra lectione decima.

Secundum in genere quod ad cõgruitatem celebrandi ex parte ministri requiritur, est appositio conuenientium. Sunt enim quædam ex ordinatione ecclesiæ præmittẽda celebrationi, vt sunt actus quidam, & orationes, & sacræ vestes. *Lect. 11.*

Actus, sunt lotio manuũ, capillorũ cõpositio, & quod his maius est, cõscientiæ

probatio & purificatio, quæ significãtur manuũ lotione & capillorũ diſcriminatione. Et quãuis dignũ eſt habere manus impollutas corporali ſorde, quibus tãgendæ ſunt & tractãdę ſacramentales ſpecies, magis tamẽ conſideranda eſt ſignificatio huius lotionis, ſcilicet lotio ſpiritualis intentionis, quę eſt principium corporeæ operationis. Magisq; diſcernendæ ſunt cogitationes mentis, & eliminandæ carnales & impuræ: & omnes ſanctæ ad tantum officium dignè exhibendum, tota deuotione colligendæ, quàm crines capitis pectinãdi, licet & ipſa corporalis pectinatio ad hoc fiat, ne tẽpore ſacrificij capilli fluant, & perturbationem celebranti afferãt. Caueatur tamen in his & cæteris corporis geſtibus, ne aliquid fiat ad ſui oſtentationẽ, aut ad populi applauſum. Hoc enim non eſſet ſe ornare aut mũdare, ſed deteſtabiliter coram Deo ſe polluere & fœdare. ☞ Præmittendæ etiam ſunt quædam orationes, unde ad minus præmittendæ ſunt matutinæ de tempore. Nam ſecundum communem doctorum opinionem, ſi quis omiſsis matutinis celebraret, mortaliter peccaret, eò quòd videretur contemptor eccleſiaſticæ conſuetudinis. Et quamuis regulariter miſſa celebranda eſt hora tertia

tertia vel ſexta & nona in diebus ieiuniorũ, tamen non inducit peccatũ mortale celebrare nondũ dictis primis niſi fortè generalis eccleſiæ illius conſuetudo haberet non celebrare primis nondum dictis. De tertijs, ſextis, & nonis, certum eſt quod indifferenter ante vel poſt celebrationẽ legi poſſunt. Sunt & certi Pſalmi cum collectis qui præparamenta dicuntur, qui ex inſtitutione Celeſtini Papæ, præſertim à pontificibus dicuntur ad gratiæ diuinæ impetrationem, & deuotionis excitationem, quos ex laudabili conſuetudine nunc communiter omnes celebraturi præmittunt. Vnde non æſtimarem tutum fore celebranti hos prætermittere, cum cõmunis conſuetudo legem inducat. *Lect.* 11.

Veſtiendus eſt etiam ſacerdos ſacris veſtibus, ſupe rhumerali, alba, cingulo, manipulo, orario ſiue ſtola & planeta. Quibus in hoc ſacratiſsimo miniſterio vt ornaretur ſacerdos ſtatuit eccleſia, propter earum repreſentationem. Eſt autem duplex earum repræſentatio. Repræſentant enim aliquid in capite Chriſto, & aliquid in membris, ſacerdote ſcilicet celebrante. In Chriſto ſignificant ad literam indumenta quibus Chriſtus in ſua paſsione veſtitus eſt. Nam ad repræſentandũ Chriſti paſsio

nem miniſterium illud à Chriſto inſtitutũ eſt, & ideo omnia quæ in iſto officio aguntur ad repræſentandũ Chriſti paſsionem ordinãtur. Vnde quibus Iudaicus furor Chriſtum in ſua paſsione veſtiuit ad contumeliam, his ſacerdos Chriſti perſonam gerens, in officio cõ memorationis dominicæ veſtitur ad gloriã. Vnde paſsio Chriſti quæ Iudæis eſt ſcãdalũ, Chriſti fidelibus eſt virtus, ſapientia & gloria, Amictus itaque quo caput tegitur ſacerdotis, velamen ſignificat, quo faciem Chriſti in domo Caiphæ illudentes & percutientes Iudæi operuerunt, dicentes: Prophetiza nobis Chriſte, quis eſt qui te percuſsit, ☞ Alba, veſtem ludicram albam ſignificat, qua velut ſtultus veſtitus eſt ab Herode, & in ea remiſſus ad Pilatum. ☞ Zona, manipulus, ſtola, tria ligamina quibus Chriſtus ligatus eſt in captione, flagellatione, & crucis baiulatione. Quã uis & Zona ipſa flagella non incongruè quibus (ipſum ambiẽtibus) flagellatus, & ſtola quæ per modum crucis collo imponitur, ipſum crucis patibulum in humeris geſtum, & manipulus ſiniſtro brachio applicatus, quo amoris ornamenta geſtari ſolent, magnum illud amoris vinculum, quo ſalus noſtra vinciebatur, & deſiderio coangu-

gustatus est ad perficiendum opus nostræ redemptionis repræsentant.

☞ Planeta, vestem purpuream significat, qua in prætorio Pilati, dominus post flagellationem (tenerrimũ Christi corpus vndique perfundentem) indutus est, illusus, percussus, & inimicis Iudæis ostensus. ☞ Mistice tamen, amictus humanam naturã in Christo significat, qua tecta est deitas, quæ est caput Christi. Alba, quæ totum corpus tegit puritatem corporis Christi de virgine sumpti, sine macula originalis aut actualis culpæ. Zona, qua alba defluens constringitur, vinculum charitatis significat, quo nostram naturam Dei filius sibi copulauit, secundum illud: Charitate perpetua dilexi te, ideo miserans attraxi te. Hieremi. 31. Et iterum: Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Ioan. 3. Stola, quæ super amictum collo sacerdotis incumbit, & in crucis modum corpus cingit, obedientiam Christi significat, qua factus est obediens patri vsque ad mortem, mortem autem crucis. Manipulus, quem læua gestat, brauium fœlicitatis æternæ, quã Christus in hac vita obtinuit, repræsentat Manipulus enim brauium, læua præsentem vitam designat. Christus enim per-

perfectus viator fuit, merendo ſibi & nobis: nobis vitam, corpori ſuo gloriam. Propter quod exaltauit illum & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, &c. ait apoſtolus Phil. 2. Fuit etiã perfectus comprehenſor ab inſtanti ſuę cõceptionis, quia beatus ſecundum humanitatem eiusq; portionem ſuperiorem. Per planetã, qua corpus ſacerdotis tegitur, plenitudo gratiæ Chriſti ſignificatur, qua mẽbra Chriſti adornantur. Nam de plenitudine eius omnes accepimus gratiam pro gratia, Iohan. 1. Vel planeta magni ſacerdotis æterni, vniuerſalis eccleſia eſt, quã ſibi copulauit & copulando virginem fecit. De quibus latius Lectio. 11. ☞ Repræſentant etiam veſtes illæ corporis in membris, id eſt, in celebrante virtutes, quibus anima celebrantis & ſumentis debet adornari. Amictus qui ſubſtratorium cęterarum veſtium eſt, ſignificat fidem, fundamentum totius ædificij ſpiritualis, quæ licet in omnibus, maximè tamen in hac mirabili ſacrificio neceſſaria eſt celebranti. De quo & ſequentibus latius Lectio. 12. per totum. Alba, quæ totum corpus tegit, corporis, mentisque candorem, munditiam & caſtitatem ſignificat. Hinc ſapiens: Omni tempore veſtimenta tua ſint candida.

Lect. 12.

Gloſſa

Gloſſa, id eſt, corpus caſtum. Et iterum; Mundamini, qui fertis vaſa Domini. Cuius perpetuitas cingulo cõſtringente deſignatur. Non enim tantùm ſacrificij tempore caſtitas ſeruanda eſt, ſed perpetuò, nunquamque laxanda. Stola, obedientiæ humilitatem, qua ſuaue iugum domini & leue onus ferendum eſt, repræſentat: cuius duo fines patientiam & prudentiam vitę ſacerdotali neceſſarias deſignant. Manipulus, vigilantiam ac cordis deuotionem importat, quibus ſacerdos ſtrenuus eſſe debet, & vigilanter diſcernere quem tractaturus & ſumpturus eſt, quis ſacerdos ipſe, tanto miniſterio aſſumptus. Planeta ſiue caſula, quæ veſtis eſt ſuperior cæteras formans & ſuperexcellens ac tegens, charitas eſt, quæ & veſtis nuptialis dicitur, qua ſi caret ſacerdos, in hoc regali ac nuptiali conuiuio, ligatis manibus & pedibus eijcietur in tenebras exteriores.

Sacerdos ergo ſacris veſtibus ſe induens, hoc credat & memoretur in Chriſto, hoc habere in ſeipſo conetur, quod veſtes illæ repręſentant in capite & in membris. De his lect. 12.

☞ Capi-

Capitulum III. Quæ requiruntur ad dignam celebrationem ex parte circunſtantiarum temporis, loci & miniſtrorum.

Lect. 13. DEmum requiruntur aliqua ex parte circūſtantiarum loci & temporis, & miniſtrorum, hæc quidē non de neceſsitate, quia vbicunq, locorum, & quocunque tempore & præſentibus vel abſentibus miniſtris miſſa ritè celebretur, verū eſt ſacrificiū. Sed de congruitate certa tempora & loca & miniſtri pro iſto ſacrificio ſunt ab eccleſia determinata. Vnde pro iſto ſacrificio triplicia loca ſunt determinata, remota, propinqua, & propria. quæ ſunt, eccleſia, altare, calix. Vnde nō niſi in eccleſia & ſuper altari cōſecratis, atq; ī calice aureo, argenteo, aut ſtāneo licet celebrare. Nō in ligneo, vitreo, cryſtallino, nec de aurichalco aut cupro celebrare licet. In altari autē mobili conſecrato extra eccleſiam in neceſsitate, aut de licētia epiſcopi celebrari poteſt ſine crimine. Debet autē altare eſſe lapideum, integrum, nō enormiter fractum. Et debet altare eſſe tectū duabus pallis, & corporali, lineis & mundiſsimis, nō fericeis neque tinctis, ſed de terra procreatis. Nam & linteo domin⁹ ſe præcinxit, & in ſyndone munda corp⁹ eius inuolutū, ſepultū eſt. Fuitq; mundiſsimū, ſumma innocentia candi-

candidũ. ☞ Nec debet abeſſe ignis illu minoſus, ſignificãs Chriſtum ignẽ eſſe cõſumentẽ rubiginẽ noſtrorum peccatorũ Deu. 4. Deus tuus ignis cõſumens eſt. Ipſum eſſe lumen verũ & ſplẽdidũ, illuminans omnẽ hominẽ veniẽtem in hũc mundum, Ioh. 1. Et iã ad repræſentãdum lumen fidei, & charitatis ignem populi chriſtiani circũſtãtis. De hoc lec. 13. ¶ De tẽpore quo licet celebrare, ſtatu tũ eſt, & miſſæ ſolẽnes, ſiue cõuẽtuales celebrentur hora diei tertia, ſexta, vel nona, vt ſupra dictum eſt. Priuatæ verò miſſæ celebrari poſſunt à diei principio, vſq; ad horam publicæ miſſæ incluſiue. Nocte autẽ niſi de ſpeciali priuilegio & extra caſum neceſsitatis celebrare non licet, exceptis noctibus dominicæ natiuitatis & reſurrectionis. Accipitur autẽ principiũ diei nõ ab aſcenſu ſolis ſupra noſtrum horizontem, ſed ab illa hora ex qua radij ſolares incipiunt illumina re noſtrum hæmiſphærium, ſcilicet ab ipſa aurora ſiue diluculo. Et incipit hoc tempus vna hora & quinta parte horæ ante ortum corporis ſolaris, ſecundum autho. de crepuſculis. De hoc lect. 14. *Lect. 14.*

☞ De miniſtris circũſtantibus dicitur & non minus quàm vno aſsiſtente celebrãdum eſt, qui ex perſona eccleſiæ reſpondeat ſacerdoti, cũ ſalutando eccleſiam

ſiam dicit: Dominus vobiſcū, &c. tamē in neceſsitate cùm miniſter haberi non poſſet, ſine tali miniſtro ſacerdos celebrare poſſet, de quo Lect. 14. Et quicunque celebraret omiſsis prædictis quæ abrogata non ſunt, per contrariam conſuetudinē quam ſcit & ſuſtinet eccleſia, ſciēter & ex contēptu, peccaret mortaliter. Qui autem ſciēter celebraret in loco interdicto à iudice, aut in calice nō idoneo, irregularitatem incideret. De quo lectio. 14. prope finem. Et in hoc terminatur pars proœemialis.

¶ *Incipit pars prima principalis ſacri canonis, quæ dicitur Miſſa Catechumenorum.*

Lect 15. TRactatis his quæ requiruntur ad venerabilis euchariſtiæ conſecrationem ex parte ſacramenti conficiendi, conſecrantis miniſtri, & circunſtantiarū tēporis & loci, procedendū eſt cōſequenter ad officiū Miſſæ breuius ad declarandū. Et quamuis nomen Miſſa, multipliciter accipiatur, tamē in propoſito accipiendū eſt pro toto illo officio quod in altari agitur, ab introitu vſque ad: Ite miſſa eſt, quoniam totū illud officiū ordinatur ad cōſecrationē, in euchariſtię eiusq; cōmunionē, in quo mititur & à patre filius, & filiꝰ ad patrem.

Diuiſio officij Miſſæ. Et diuiditur totū illud officium in tres partes principales. In præparationē in cu-

eucharistiæ consecrationē & hostiæ cō
secratæ cōmunionē. Prima pars dicitur
missa catechumenorū, quia ad maiorē
eius partem admittuntur Catechume-
ni. Secūda dicitur Canon. Tertia cōmu
nio, rationibus infra dicendis. Prima
pars præparatoria est ad sequentes, quia
ipsa præparatur populus ad dignā com
munionem, & missę auditionem: simi-
liter materia aptatur ad consecrationē.
Licet sint & aliæ missæ diuisiones, sed
ista planior est. De quo lect. 15. ☞ Et *Lect. 16.*
quia sacrificium illud memoriale est do
minicę passionis, vt. 1. Cor. 11. dicit apo.
Quotiescunque panem hunc manduca-
bitis, & calicē bibetis, mortē domini
annūciabitis. Ideo totū missæ officium
ad repręsentandū dominicā passionem
ordinatur. Primò itaque in ipso officio
aduentus Christi in carnem secundum
quā passus est, ac deinde progressio eius
ad passionē insinuatur, & hinc ipsa pas
sio verbis & signis exprimitur. Et quo
niam Christus non secundū deitatem,
sed secundū humanitatē passus est, ideo
præmittuntur ea quę ad primū Christi
aduentū, scilicet in carnē referuntur. Et
hæc in decē particulis notātur, quæ eti-
am ad populi præparationē pertinent.
Illuminandus enim est populus ad fidē
incarnationis, & excitandus ad inhæ-
rendum

rendum illi per virtutē charitatis Deinde ſubiunguntur quæ pertinent ad præparationem materiæ diuiniſsimæ oblationis, quæ pars incipit ab offertorio, partes patebunt in proceſſu.

¶ *Acceſsus ſacerdotis ad altare.*

Leſt 15. ☞ Quo ad primum, ſacerdos prius lotis manibus à corporalib⁹ ſordibus, magis autē à tenebrarum operibus, ac non tā capite diſcriminatus, quàm intētione diſcretus, ſegregatis omnibus extraneis cogitationibus ſoli Deo ſacrificare intendens, ſacris veſtibus foris corpore ornatus, magis verò virtutum habitibus intus animo veſtitus, domini perſonam in cruce ſe patri pro noſtra ſalute offerentem repræſentans, calicem in manu ferens procedit ad altare, animo rememorans, quemadmodū Chriſtus baiulās ſibi crucē, exiuit in eū qui dicitur Caluariæ locum. ☞ Ad altare verò veniens priuſquā officium inchoat, confeſsionem præmittit generalē & publicam, altaris oſculū, & eius thurificationem, ſecundū ordinē Romanū. Primū reſpicit peccatorū purgationē. Secundū membrorum cum capite vnionē. Tertiū orationū deuotionē. Confeſsio debet eſſe tantùm generalis, quæ præmittitur ad venialiū deletionem, & celebrantis humiliationē, quoniam iuſtus

Confeſsio ſacerdotalis.

prior

prior accuſator eſt ſui. Prouerb. 18. Et quoniam publica nõ debet eſſe occulto rum. In qua cõfeſsione pectus tundit, exẽplo Publicani dicentis: Deus propitius eſto mihi peccatori. Luc. 18. Ob eãdem cauſam populus aut miniſter ex perſona circũſtantium ſimiliter cõfitetur, vt & ipſi dignè ſacra myſteria valeãt participare. Poſt confeſsionẽ altare accedens, ipſum oſculatur, ſignificans Chriſtum ſacerdotẽ in æternum ſibi ecclesiã copulaſſe, ac pacẽ terris reddidiſſe. Thurificat, vt oratio ſua tanquã incẽſum ad Deum ſurſum aſcẽdat. De quibus habes Lectione. 15. prope finem. Et inde Miſſam incipiens introitum legit, & repetit, quo ſignatur patrum deſiderium ad Chriſti aduentum, eorumque orationes & lachrymę repetitæ. Deinde legit *Kyrie eleyſon*, &c. vt exprimat orationẽ populi patribus cõſencientis, & patris miſericordiam implorantis. Tertiò, gloriam Deo decantat pro filij miſsione, aduentum eius cum gratiarum actione ſuſcipiens ac dicens: Gloria in excelſis Deo. Sequitur quartò oratio ad venientẽ in collectis. Quintò lectio ex Prophetis aut Apoſtolis, qua fides incarnationis ſcripturæ teſtimonio probatur. Quam ſextò ſequitur graduale, quo labor notatur pœnitẽtię, qua

Lect. 16.
Introit⁹.
Kyrie eleyſon.
Gloria in excelſis.
Collecta.
Lectio.
Gradua le.

qua disponitur populus ad gratiam remissionis peccatorum ab eo impetrandam, qui venit tanquam agnus Dei innocens tollere peccata mundi. Septimò

Alleluia. sequitur Alleluia, cantus lætitiæ, de spe veniæ consequendæ. Octauò Euange-

Euangelium. lium legem continens gratiæ, secũdum quàm sollicitè & obedienter viuendum est pœnitẽtibus, peccatorum remissionem per Christi aduentum consecutis.

Symbolum. Nonò sequitur professio fidei per symbolum in Euangelica doctrina cõtentæ, vt quod corde creditur ad iustitiam, oris confessione resonet ad salutem.

Offertorium. Decimò sequitur offertorium, vt designẽtur opera bona domino offerenda, ne fides sine operibus sit mortua. Hæc sicut designantur aduentui Christi in natura humana olim impẽsa, ita & nũc venienti in Eucharistia sunt impendenda, vt tam celebrans, quàm populus, cum desiderio inuisibilem ac gratiosum eius aduentum sub sacramentali specie desideret, misericordiam venturi precetur, certus de promissione lætetur, cor in oratione effundat, pœnitentiam agere non abnuat, de spe veniæ gaudeat, doctrinam veritatis intentè audiat, confiteatur constanter fidem, ipsamque moribus adornare proponat, vt gratiam sacramentalem per-

percipiat. Hæc de prima particula partis primæ breuiter commemorata ſufficiant, quæ per allegorias latius extendi poſſunt.

Secunda pars Miſſæ Catechumenorum.

SECVNDA pars qua materia apparatur ad conſecrationē, hæc ab offertorio incipit, & in præfatione concluditur. Ante offertorium populus ſalutatur per dominus vobiſcum: quòd prius bis factum eſt: Primò poſt Introitum ante orationem, vt cum eis ſit Dominus ad deſiderij aduentus Chriſti completionem. Secundò ante Euangelium, vt cum eis ſit Dominus ad ſalutaris inſtructionis perfectionem. Modo & tertio ſalutatur populus, vt cum eis ſit Dominus ad offerendorum placitam acceptationem. Idipſum reſpondēs populus imprecatur celebranti: vt ſcilicet Dominus ſit cum ſpiritu ſuo, ad ſpiritualem miniſterij ſui executionem. ☞ Salutationem ſequitur exhortatio ad orandum, cum celebrans dicit Oremus. *Lect 16.* *Dominus vobiſcū.*

Verùm prius quàm ſubdatur oratio, quæ Secreta dicitur: ſequitur antiphona quam clerus canit, ſub qua fiunt oblationes: Nedum à celebrante ſacerdote, ſed etiam à populo circunſtante, *Oremus.* *Antiph.*

& ideo Antiphona illa offerēda, vel offertorium nominatur. Sūt aūt tria offerēda: ſcilicet ipſamet perſona. Secundo exteriora dona. Tertio panis & vinum quę ſunt ſacrificio neceſſaria. Prima oblatio eſt omnium: populi ſcilcet circumſtantis, & presbyteri celebrantis.

Oblatio. Nam omnis Chriſtianus officio miſſæ aſsiſtens, offerre debet ſeipſum oblationem ſpiritualem deo actu vel habitu, per promptam & obedientem ſuę voluntatis voluntati diuinæ ſubiectionē: qua ſuper ex animo dicere poſsit ad patrē: Nō mea, ſed tua voluntas fiat. Sine hac ſpirituali oblatione exterior oblatio deo accepta nō eſt, dicēte ſcriptura: Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Gen. iiij. Quia niſi arbor bona fuerit. Matth. vij. fructum bonum facere nequit. Voluntas verò arbor eſt, & radix operis noſtri boni & mali. Neceſſe eſt ergo primo facere arborem bonam per ſpiritualem voluntatis oblationem, vt opera eius reddantur Deo accepta. ☞ Secunda oblatio, donorum exteriorum ad miniſtri ſuſtentationem, pauperum conſolationem, ac cultus diuini conſeruationem, et ampliationem à populo facta, ex v. c. ortum habet, & Deo grata eſt. Quam verò debita ſit, & de quibus bonis faciēn-

Forſan vera charitate.

cienda require ſatis latè. Lect. 16. poſt principium.

Tertia oblatio eſt adoptatio materiæ conſecrandæ panis ſcilicet & vini præſentatio,& per ſacerdotem acceptatio, eiusq; præparatio ad conſecrandum & ſacrificandum : & hæc ſolius eſt celebrantis. Et hic quidem incipiunt myſteria. Nam ſacerdos primo ſe præparat ad oblationē perficiendam. Secūdo adiungit pro acceptatione ſacrificij ſecretam orationem. Tertio concludendo primam partē miſſæ, deuotionē populi excitat ad perficiendum ſacroſanctum ſacrificij myſterium ,quæ excitatio tanquam prologus quidam vel præfatio canoni præponitur. ☞ Circa primum ſacerdos ſe prępparat incenſo,lotione & oratione. Incenſo ſe præparat deuotionis odore, per lotionem mundiciæ nitore: per orationem cordis ardore. *Lect 17. Incēſum.*

☞ Quo ad primum ſacerdos munera per Subdiaconum præparata, & per Diaconum ſibi in calice & patina, (vinum ſcilicet aqua mixtum in calice, & panem patinę ſuperpoſitum) porrecta accipit,ac in medio altaris, explicata prius corporali palla reponit: repoſita thurificat, & incenſat ſecundum morem Romanæ Eccleſiæ, & thuribulum(in quo incenſum) per modum

Thurificatio. crucis ſuper oblata circumducit, quatenus thuris incenſo & crucis ſignaculo omnes diabolicæ malignitatis fraudes & conatus extricentur, ne contra ſacerdotem & ſacrificium prævaleat, ſacrificium ne perficiatur impediendo, vel fructum eius tollendo, ſicut de ſemine ſuper viam iacto dominus in euangelio Matth. xiij. loquitur. Denique Thobias fumo incẽſi iecoris ad inſtructionem Raphaëlis archangeli: dæmonium effugauit. Thobiæ xj. Significat quòd hæc thucificatio vnctionem domini per Mariam Magdalenam. Ioan. xij. Luc. vij. cuius occaſione venditus eſt à Juda. Et quia bis vnctus eſt ab eadem, bina fiat thurificatio, vna in Miſſæ principio, altera in hoc loco.

Lotio manuũ. Præparat ſe ſecundò iterata manuum lotione, quoniam dedecet ſacramenta pollutis manibus tractare, licet corporali ſorde non contaminentur. Atteſtatur enim corporalis mundicia reuerentiam Sacramento exhibendam, & admonet ſacerdotem ſpiritualis mundiciæ, & purgationis mentis internæ, Vnde cum Sacerdos manus lauat, ad cordis munditiam ſe conuertat, vt ſi quid ſordidum agnoſcit: contritione intima, & affectu pio in Deum abluat & abſtergat. Et licet nõnulli hanc lotionem

tionem differant vſque in finem præfationis, conuenientius tamen hîc fit, tum quia figura præcedere debet figuratum. Lotio autem corporalis manuum, ſignificat lotionem mentium, quæ fit per orationem ſtatim ſequentem: In ſpiritu humilitatis, & cæt. Tum quia verba canonis dependent ad præfationem, & ſequentem hymnum S.S.S. Vnde non licet quęcunque verba interponere, ne cohærentia ſententiæ diuidatur. Ad lotionem autem manuum proferri ſolet ille Pſalmi verſiculus: Lauabo inter innocentes, &c. per quē imper tinentiſsimè corrumperetur ſententiarum continuatio. Vnde ſi vtique quis vult ſe conformare ritui eccleſiæ ſuæ; ſatius æſtimo vt lauando manus poſt hymnum. S.S.S. ſilentio faciat, & nihil loquatur. De hac lotione latius Lect. 17. circa principium.

Orationes.

Præparat ſe tertiò ſacerdos triplici oratione. Prima petitur acceptio ſacrificantium, cùm ait: In ſpiritu humilitatis, & animo contrito ſuſcipiamur domine à te, vt ſic fiat ſacrificium noſtrū in conſpectu tuo hodie: vt placeat tibi Domine Deus. Cor enim contritum & humiliatum Deus nō deſpicit. Secunda oratio eſt: Veni ſanctificator omnipotens æterne Deus: & benedic

hoc ſacrificium tuo ſancto nomini prę-paratum, in qua petit conſecrationem ſacrandorum munerum.

Tertia oratio eſt: *Suſcipe ſancta Trinitas hanc oblationem. &cæt.*) In qua petitur acceptatio oblationis ad honorem ſanctorum, & ſalutem viatorum. Sicut harũ orationũ cõtextus clarè oſtendũt, quæ quia ſunt manifeſta, earũ expoſitioni ſuperſedeo. ☞ Poſtq̃ aũt celebrans orauit vt acceptior ſit oratio & maiorem gratiam conſequatur, cõuerſus ad populum eius orationem pro ſe requirit dicens: ¶ *Orate prome fratres,*) Sub nomine fratres vtrunq; ſexũ compræhendens, quia ſecundum apoſt. ad Gal. 3. Nõ eſt maſculus neque fœmina. Oẽs enim vos vnum eſtis in Chriſto. Implorat ergo circumſtantiũ orationẽ pro ſe, memorans illud ad Heb. 5. quia & ipſe circundatus eſt infirmitate, & ideo vt homo infirmus indiget oratione Eccleſiæ. ☞ Prępparato aũt ſacerdote ad oblationem perficiendã, adiungit pro acceptatione ſacrificij ſecretam orationem. Dicitur autem hæc pars cum ſequẽti canone Secretũ, quia ab hac oratione incipiunt altiſsima myſteria quę populo celari debent, ne vſu communi vileſcant. ☞ Et notandum q; primæ ſecretæ non præmittitur immediatè inuitatio

Secreta.

uitatio ad orationem: per verbũ Oremus, quia præmiſſa eſt ante Offerendã. Vnde ibi dictum eſt: Oremus, quod reſpicit primam ſecretam. Si verò plures legantur ſecretæ (ſiquidem numerus & ordo ſecretarum debet reſpondere numero & ordini collectarum, ita ꝙ cuilibet collectæ in principio miſſæ impoſitæ, correſpondere debet ſua ſecreta & complenda. Non autẽ debet numerus collectarum excedere numerum ſeptenarium, vt vitetur confuſio & tædium circumſtantium) ſub duabus concluſionibus, poſt primam concluſionem dicitur Oremus ante ſequentem ſecretam. Variantur autem ſecretæ penè per ſingula officia, ſicut & collectæ: tamen ad hoc tendunt, vt oblatio ac ſacrificium acceptetur à Deo patre ad ſui gloriam, ſanctorum honorem, populi ſalutem, aut animarum redemptionẽ, atq; ad eorum impetrationem pro quibus ſpecialiter offertur, & officium celebratur. Nam propter varia impetranda, varia ordinata ſunt officia, quibus conſonant collectæ ſecretæ, & poſt communiones, ſeu complendæ.

☞ In concluſione vltimæ ſecretæ ſacerdos vocem exaltat dicens:

℣ *Per omnia ſecula ſeculorum.*) Ad exci-

sandum populi desiderium & affectum ad ea consequenda quæ secreta à domino cõcedi orauit: vnde in persona populi respõdetur. ¶ *Amẽ*. i. fiat quod petijsti.

Præfatio ☞ Hinc procedit ad vltimam particulam primæ partis principalis, quæ Præfatio dicitur: quoniã quędam prælocutio est, & populi excitatio ad altiora sacramenti mysteria, tota deuotione & reuerentia intelligenda & conficienda: quæ per canonem immediatè sequentem perficiuntur. Vnde secundum hoc Præfatio in tres partes diuiditur. In prima Christi fidelium congregatorum excitatio ad confitendum Domino proponitur. Secundo confessionis exhibendæ ratio declaratur ibi: ¶ *Vere dignum & iustum est.*) Tertio confessionis exhibitæ acceptatio postulatur ibi: ¶ *Cum quibus & nostras*. In excitatione populi ad fidelem laudis confessionem præmittit verbum consuetæ salutationis. Secundò subiungit exhortationem altioris profectionis. Tertiò attollit ad actũ gratiarum actionis, quæ est confessio diuinæ ladis.

Dominus vobiscũ. ☞ Circa primum ait: ¶ *Dominus vobiscum*:) optans assistentiam diuini adiutorij ad altissima sacramẽti mysteria angelicæ perfectioni admiranda: non curiosè discutienda, sed cordis humili-

tate

tate ſuſcipienda ac veneranda. Suſcipienda in cœna ſpirituali: in qua reficiẽdi ſunt pane viuo qui de cœlo deſcendit. Reſpõdet autem populus: ¶ *Et cum ſpiritu tuo.*) optans vt quę non niſi ſpiritu ſanctí operatione fieri poſſunt, eodem Spiritu ſacerdotis ſpiritum ſubleuante, & ſibi vniente: nedum ſacramentaliter, ſed & ſpiritualiter perficiantur: quoniam ſpiritus eſt Deus: & eos qui adorant eum, in ſpiritu & veritate, oportet adorare. Iohan. 4. Maximè autem in hoc ſacramento in quo Domino teſte, Io. 6. Sine ſpiritu caro nõ prodeſt quicquam, imo plurimũ nocet, quoniã qui indignè mãducat, licet carnẽ ſacramentaliter mãducet, tamẽ quia nõ ſpiritualiter mãducat, iudiciũ ſibi manducat, nõ dijudicãs ſpiritualiter corpus domini. 1. Cor. ij. Secundò audita hac reſponſione, ad altiora proficiſcendũ hortatur ſacerdos dicens: ¶ *Surſum corda.*) Supple, leuate: vt omnis cogitatio carnalis ac ſecularis abſcedat, nec quicquam animꝰ aliud quàm id ſolum cogitet quod precatur. Claudatur cõtra aduerſarium pectus, ſoli Deo pareat ſecũdum B. Cypri. *Surſum corda.*

Sit ergo corſurſum. { Intellectu veritatis. / Affectu charitatis. / Virtute conuerſationis. / Rectitudine intentionis.

Intellectu veritatis, vt nihil carnale in ſacramento cogitet: ſed omnia alta eſſe intelligat: vt quod in hoc ſupercœleſti cibo ſumptus Chriſtus dentibus non diſcerpitur, nec ſacramenti diuiſione diuiditur, ſumptione non digeritur: ſed manens integer ſumptus, nos ſibi incorporat, non nobis ipſe incorporatur.

Affectu charitatis, vt cor quæ ſurſum ſunt ſapiat, non quæ ſuper terram. Sapiat inquam nimiã patris dilectionem, qua vnigenitum ſuũ nedũ in precium rẽdemptionis, ſed etiam in cibum ſpiritualis nutritionis tradidit, quo nos vnigenitus ſibi incorporet: ac incorporatos ad alta paternæ domus vbi oẽs orationis æternæ vitæ abundãt panibus, eleuando perducat. Nemo enim aſcendit in cœlum, niſi qui de cœlo deſcẽdit, filius hominis qui eſt in cœlo. Ioan. iij.

Virtute cõuerſationis, vt noſtra conuerſatio in cœlis ſit. Vnde et ſaluatorẽ noſtrum in hoc ſacramento venturum expectamus, quo ad ſui imitationem reformabit totũ corpus noſtrę actionis configurãdo corpori claritatis ſuæ.

Surſum rectitudine intentionis, vt ſit oculus ſimplex ad Deum, non noſipſos: nec quæ noſtra ſunt finaliter quærẽdo, ſed omnia in Deum tanquam in-

finem

finem vltimum & optimum ordinando. Reſpondet autem populus: *Habemus ad dominũ.*) Quòd profecto dignum eſt, vt ſcilicet in cœleſtibus cor toto deſiderio habitet, quòd inde tã ſublimia dona expectat, quòd angelicis laudibus voces carnis iungi deſiderat, ne in improperiũ illud incidat: Appropinquat populus iſte ore ſuo, & labijs ſuis glorificat me: Cor autem eius longè eſt à me. Iſa. 29. Quod verendum eſt in pleriſque verificari, qui alta voce reſpondent. Habemus ad Dominum: & inferioribus proſtrati, obſcœna tractãt, ſecundum ſua deſideria quibus diligunt carnem & mundum. ☞ Quo ad tertium, poſt præmiſſam exhortationem attollit ſeipſum, & populum ad agendas gratias per confeſsionem diuinæ laudis dicens: *Gratias agimus Domino Deo noſtro.* Agamus dicit: ſeipſum populo coniungens, quia vnius doni corporis ſcilicet & ſanguinis Chriſti ſunt participes, quo in vnũ corpus myſticũ vniuntur: omnes de vno pane & vno calice participãtes. Agendę aũt ſunt gratiæ: Deo vt dona eius reuerenter percipiantur, diſcretè cognoſcantur, ac deuotè in dantem referantur, reputantes nos tantis donis (nobis valde neceſſarijs) indignos: ea quoque ſola Dei

Gratias agamus domino deo noſtro.

liberali misericordia gratis recepisse. Eaq; tanquam dona maxima & spiritualia, ad spiritus non carnis vegetationem concessa, omnia corporalia longè excedentia. Eis propter finem ad quem dantur fruentes, & ea in Deum datorem referentes: per ea Deum magnificantes cum apostolo Iuda Taddæo dicentes: Soli Deo saluatori nostro gloria, magnificentia, imperium, & potestas ante omnia sæcula. & nunc, & in omnia secula seculorum. Iudæ ij.

Huic exhortationi chorus respondet: ¶ *Dignum & iustum est.*) Dignum quantum est ad ipsum: quia ipse est Dominus Deus noster. Iustum, quantum ad nos: quia nos populus eius, & oues pascuæ eius. ☞ Sacerdos autem quò ad secundam partem præfationis, reddens rationem suæ exhortationis, dicit: ¶ *Vere dignum & iustum est, equum & salutare.*) Primo approbans populi responsionem. Deinde dicti reddens duplicem rationem. Quo ad primum approbat sacerdos populi assertionem, quia gratiæ domino reddendæ sunt pro omnibus nobis collatis generaliter, scilicet pro beneficio creationis, conseruationis, redemptionis, iustificationis, & finalis glorificationis. Spiritualiter tamen pro beneficio institutionis huius super-

Lect. 18.

Vere dignum & iustũ est &c.

ſupercœleſtis ſacrificij ac ſacramenti. Et hoc quidem verè dignũ eſt, iuſtum. æquum & ſalutare.

Quia eſt ſacramentum.
- Synceræ veritatis.
- Excellentis nobilitatis.
- Eximiæ liberalitatis
- Ponderatæ æquitatis.
- Summæ virtuoſitatis.

Ideo verè
- Dignum
- Iuſtum
- Aequum
- Salutare.

Synceræ veritatis, quia non modo ſignificat geatiam ſicut ve.t. ſacramenta. Nec tantum eam in nobis cauſat, ſicut cætera euangelicæ legis ſacramẽta, ſed gratiam ſubſtantialem formaliter in ſe continet, ipſum ſcilicet fontem gratiarum. Verum eſt itaque ſacramentum, quia verè ſignificat: verè cauſat: verè continet gratiam ſacramentalem.

Eſt ſacramentum excellentiſsimæ nobilitatis, & in ratione ſacramenti, quia ſummam & ſuperſubſtantialẽ ſignificat omnium ſacrificiorum perfectionem. Eſt ſacramentum eximiæ liberalitatis, quo liberaliſsimus donat ſeipſum nobis, quo nihil maius cogitari poteſt. Ex maximo aũt dono, maximè donanti obligamur, quia creſcentibus donis, rationes creſcunt donorũ ſecundũ

Gregorium. Ideo iuſtum eſt pro ſummo huius Sacramenti dono ſummas Deo agere gratias. Summas, non ſimpliciter, ſed ſummas noſtræ imbecillitati poſsibiles.

Eſt & ſacramentum põderatę æquitatis: æquans nos Deo in ratione dati & accepti. Cum enim diuina æquitas exigit vt remetiãtur accepta, ea qua menſa ſunt menſura. Nos quoq; nihil habeamus proportionale reddendum Deo, pro beneficijs eius & ineffabilibus bonis receptis, ac pro grauiſsimis offenſionibus in eum commiſsis, dedit nobis in hoc diuiniſsimo ſacramẽto ſeipſum, vt eũ offerentes ſomno patri hoſtiam placationis & perfectæ vnionis, & ſacrificiũ plenæ ſatisfactionis pro peccatis, æqua menſura ſuo dono reſpondeamus, dum æquale domum reddimus: ipſum ſcilicet ſummum & infinitum Dei filium, per deuotam huius ſacrificij oblationem, quem in dono ineffabili recepimus à patre miſericordiarum. Vnde non tantum iuſtum, ſed æquum eſt per hoc ſacramentum dignas gratiarum rependere actiones.

Eſt demum ſacramentum ſummæ virtuoſitatis, quia æternæ ſalutis, & omnium ſalutarium effectuum vnica & perfectiſsima cauſa. Vnde ſalutare eſt gra-

gratias deuotiſsimas rependere, vt ſic continuo in huius oblatione ſacramenti, ab ipſo in nos, & à nobis in ipſum fluant & refluant effectus ſalutares. De his & ſequentibus lect 18. ☞ Approbata itaque populi reſponſione, rationes duas aſsignat. Vna eſt diuinæ perfectionis excellentia, quia dominus ſanctus, pater omnipotens, Deus æternus. Secunda eſt laus angelica.

Quo ad primum dicit: *Verè dignum & iuſtum, æquum & ſalutare eſt, nos tibi gratias agere*) Semper in tempore, ſcilicet gratiæ, & in æternitate, quoniam ſicut in tempore gratiæ accipitur Chriſtus, verè quidem, ſed latens ſub ſacramentali ſpecie: Ita in æternitate percipietur clara & faciali manifeſtatione. Et vbiq; quia per ipſum reſtaurantur, & quæ in cœlis ſunt, & quæ in terra. Ideo trina mundi machina gratias Deo agit. Cœlũ pro ruinæ angelicæ reſtauratione. Terra pro militaris eccleſię redẽptione. Infernus pro detentorũ liberatione. De tentorũ ſcilicet in limbo & purgatorio. Eũ aũt cui gratiæ ſunt agendæ, dignis cõbinationibus exprimit dicẽs. *Domine ſancte pater omnipotens æterne Deus.*) Dñe ſancte, ſanctificãtia dona in hoc ſacramento magnificè præparãdo. Pater omnipotẽs paternæ charitatis effectum dul-

dulciſsimum in filiorum pane mirabili potenti præparatione apertius declarando. Aeternæ Deus deitatis tuæ alimonia mortales ad æternitatis immortalitatem ſpiritualiter vegetando. Tanto igitur p[illegible]ati[illegible] gratiæ ſunt referendæ: ¶ *Per Chriſtum Dominum noſtrum*,) tanquã per mediatorem & aduocatum noſtrũ. De quo latius infra.

Secundam rationem aſsignat, angelicam ſcilicet laudem. Cui additur pro coniunctione vocũ noſtrarũ, angelicis laudibus deuota ſupplicatio. Subiungiturq; communis angelorum & hominis adorandæ Trinitatis excelſa laudatio, cũ dicitur: Sanctus, Sãctus, Sanctus, &c. dicitur ergo: *Per quem*) ſcilicet Chriſtum mediatorem inter te patrẽ & nos homines. *Maieſtatem tuam*) .i. magnitudinem tuam: ſupereminentem, ſemper ſtantem ac immutabilem. Hoc enim ſonat nomen maieſtas, magnitudo ſupereminens ſtans, ſecundum interpretationẽ. *Laudant angeli*,) magnitudinem potentiæ tuæ agnoſcendo, & cõfitẽdo. Eſt enim laus virtutis preconium, honor, exhibitio reuerentiæ in teſtimoniũ virtutis. *Adorant*) cultum latriæ exhibentes. *Dominationes.*) Angeli ſcilicet ſubiectis ſpiritibus dominãtes, eis præcipiendo, & ad ſua miniſteria

ria ſecundum patris voluntatem diligẽdo. ¶ *Tremunt poteſtates*,) id eſt, angeli potenter aëreas poteſtates, ſcilicet dæmones coërcentes. Tremunt maieſtatis potentiam, non motu formidinis, quia in beatitudine firmati, ſed admiratione magnitudinis, & obedientia ac promptitudine famulationis. *Cœli*,) materiales. *Et virtutes cœlorum*,) influxiuè in illa inferiora, quibus inferior mundus regitur, illuminatur, fœcundatur, & ad operationes ſuas diſponitur. *Ac beata Seraphin*,) id eſt, angeli ſupremi præ cæteris in Dei charitate ardentes. *Concelebrant*,) ſimul maieſtatem patris per filium laudando, adorando, tremendo, ſeu admirando. Aut laudis, admirationis & adorationis viam præſtando & materiam. Sic enim nedum ſpiritus rationales, ſed & vniuerſa Dei opera, omnesque creaturæ inter quas præcipui ſunt cœli cœlorumque virtutes, laudant diuinam maieſtatem. Pro quanto in eis relucẽt magna & miranda eius opera, excellentiã Dei atteſtantia. *Concelebrant autem ſocia exultatione*,) hoc eſt, communi lætitia, in qua omnes beati conſotiãtur. Nam hę laudes opera ſunt beatorum, ſecundum illud Pſal. Beati qui habitãt in domo tua domine, in ſecula ſeculoũ laudabunt te.

☞ Et

☞ Et nota quod in hoc opere diuinæ laudis notantur quatuor chori Angelorum. Infimus & ſupremus angeli ſcilicet & Seraphin. & duo medij : Poteſtates & dominationes. In quibus tamen omnes angeli ſpiritus deſignantur, quoniam ſi laudant infimi & ſupremi ac medij, iam nullus omninò excluditur. Quod verò ſpecialiter dicitur, dominationes adorant qui ab alijs venerantur, ideo dicitur, quoniam ſi hij qui cæteris dominantur adorant, multo magis hoc conuenit ſubiectis & ſi poteſtate? qui ſua fortitudine triumphant contra dæmones, quorum poteſtati nulla terrena poteſtas comparatur, tremunt diuinam maieſtatem, certum eſt, quòd hoc omnibus alijs ſpiritibus angelicis ineſt. Aliam etiam horum expoſitionem magis ad materiam huius ſacramenti, vide latius lectione decima octaua.

Deinde pro concluſione præfationis, iungitur deuota ſupplicatio, admiſsionis vocũ noſtrarũ cum vocibus angelorum in diuina laudatione, cum additur: ¶ *Cum quibus*,) ſcilicet angelis, ¶ *& noſtras voces*,) humiles quidem, ſed rationabiles, quia vox eſt ſonꝰ cum intentione prolatus, *vt admitti*,) in laude tua, huiuſq; ſacramenti *Iubeas de-*

pre-

precamur,) quia ſine tuo iuſſu facultatem dante fieri nequit, vt inter angelos noſtra vox audiatur. Deprecamur autem ſupplici confeſsione, non ſuperba præſumptione, dicentes: *Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c.* Hæc ſuccinctè de expoſitione quotidianæ præfationis.
Sunt etenim & aliæ præfationes, non quidem ab illa diſſonæ, ſed pro feſtorum magnitudine aut temporis qualitate ad maiorem deuotionis excitationem, ex feſti & temporis materia cauſas diuinæ laudis ſuperaddentes. Harum decem ſunt numero ab Eccleſia Romana receptæ. Licet in Eccleſia Ambroſiana ſint multo plures. In hac enim penè de ſingulis ſanctis ſpecialis habetur præfatio, in qua ſummariè merita & miraculoſa eorundem conuerſatio declaratur. Sed vt dictum eſt in Eccleſia Romana decem ſunt receptæ, ſcilicet: Vna in albis Paſchalibus. Alia in aſcenſione Domini. Tertia in Penthecoſte. Quarta, in Natali Domini. Quinta in Epiphania. Sexta de Apoſtolis. Septima, de ſacroſancta trinitate. Octaua, de ſancta cruce. Nona, de ieiunio Quadrageſimali, & additur Decima, de Maria virgine. Quæ vbi inſtitutæ ſint, quære lectione decima nona in fine.

☞ Se-

☞ *Sequitur hymnus communis laudis angelorum & hominum.*

Lect.19. Sanctus. Poſtquam præfationem qua ad confitendum Domino mirabilia in hoc ſacramento operanti populus excitatus eſt, ſimul & confitendæ laudis ratio declarata, præmiſſa denique ad Dominum ſupplicatione pro acceptatione diuinæ laudis, ſequitur communis angelorum hominumque adorandæ Trinitatis excelſa laudatio: Dum finita præfatione voce conſona hymnum canit, dicens: ¶ *Sanctus, ſanctus, ſanctus, &c.*) In quo iuncta eſt ſimul vox angelorum & hominum. Et ſecundum hoc hymnus ille diuiditur in duas partes, in laudem ſcilicet angelorum & hominum, ſecunda ibi: Oſanna. In laude angelorum ter replicatur ſanctus, & ſubditur in ſingulari: ¶ *Dominus Deus ſabaoth.*) in quo trinitas perſonarum, & eſſentiæ vnitas deſignatur, ter enim replicatum S. S. S. Trinitatem perſonarum, quod ſubditur ſingulariter dominus, &cæ. vnitatem eſſentiæ atteſtatur. Dicitur autem ſanctus à verbo ſancio, is, ire, quod eſt firmare, ſtatuere, conſecrare. Sic homines quia fide firmati ſancti dicuntur, & leges ſancte: quia ſtatutæ & decretæ, & mores ſancti, quia cõſecrati & honeſti. Dicitur & ſanctus

quaſi

quasi sanguine hostiæ tinctus, tractum à veteris consuetudine legis, in qua nihil sanctum dicebatur, nisi quod fuerat sanguine hostiæ aspersum vel vnctum. Penè enim omnia in sanguine secundum legem mutabantur, ad Hebræos nono. Dicitur etiam sanctus, quasi à secularibus negotijs separatus, secundum Origen. Item dicitur sanctus, quasi sine terra. Nã agyos, quod est sanctus, Græcè sonat quasi extra terram. Hæ autem interpretationes verisimè diuinæ maiestati conueniunt. Deus enim pro nobis incarnatus, sanguine nõ alieno, sed proprio tinctus est, factus hostia pro peccatis, incommutabilis & æternus, & per hoc firmus. Ab omnibus in infinitũ sua perfectione separatus, nedum à terra, sed super cœlos in immensum eleuatus, ipse legislator, & omniũ consecrator. Dicitur tamẽ ter sanctus, propter trinitatem personarũ, vt dictũ est, quasi diceretur: Sanctus pater à quo omnia, Sanctus filius, per quem omnia. Sanctus spiritus, in quo omnia. Est autem sanctus non ab inhærente proprietate vel actu procedẽte, vt angelus aut homo, sed ab essentia sua, quæ cum vna sit in tribus, vna est sanctitas triũ. Ideo licet pater sanctus, sanctus filius, sanctus spiritussanctus: non tamen tres

sancti,

ſancti, ſed vnus eſt ſanctus, ſicut non tres Domini, ſed vnus eſt Dominus, vnus Deus, vnus increatus, vnus immenſus. ☞ Ideo ſequitur in ſingulari: *Dominus Deus ſabaoth*, quod virtutum vel exercituum interpretatur, quia omnis virtus exercituum cœleſtium & terreſtrium eſt in manu eius, quia ſancta eccleſia triumphans in angelis ac beatis in cœlis, & militans adhuc in terris, eſt terribilis vt caſtrorum acies ordinata. Sequitur: *Pleni ſunt cœli & terra gloria tua.*) quia in omnibus creaturis ſuperioribus & inferioribus relucet gloria diuinæ maieſtatis in plena omnium ſubiectione, in ſapientiſsima omnium gubernatione, in ſuauiſsima omnium virtute & perfectione, in quibus relucet veſtigium diuinę gloriæ. Vel pleni ſunt cœli, id eſt, angeli habitatores cœli, & terra, id eſt, homines terrę incolæ, gloria tua. i. beatitudine, qua beati ſunt in te, illi in re, iſti in ſpe. Sequitur ſecunda pars hymni, deuota ſupplicatio, ex voce hominū laudantiū cū dicitur: *Oſanna in excelſis.*) Quod etiam clamabant in ſuſceptione domini ſedētis ſuper aſellū in Hieruſalē, qui prēceſſerūt & qui ſequebātur, quoniā in nullo alio eſt ſalus præcedentibus Chriſtū, id eſt, patribus veteris teſtamenti, & ſequētibus

bus in nouo teſtamento, quã in mediatore Chriſto Ieſu. Eſt aũt Oſanna dictio Hebraica, quæ interpretatur obſecro ſalua. Nã componitur ſecundũ Remigium ab oſi quod eſt ſalua, & anna quod eſt aduerbiũ vel interiectio obſecrandi. Et ſecundũ hoc deberet dici: Oſianna, ſed vſu dicitur oſanna, vt ſit cõpoſitum ex corrupto & integro. Vel dicitur oſanna per ſynalœpham, quæ eſt figura tollens vocalem de medio dictionis. Oramus igitur Oſanna, id eſt, obſecro ſaluifica, ſupple nos, in excelſis, id eſt, in cœlis, vbi eſt ſalus perfecta & æterna. Nam ad iſtã nobis dandam Chriſtus, qui deſcendit de cœlis, præſentiam ſuam etiam exhibet in ſacramento altaris. ☞ Sequitur: *Benedictus qui venit in nomine Domini*,) quod eſt gratiarum actio, cum qua ſicut patres aduentum Chriſti præcedentes, vt Abraham Patriarchæ & Prophetæ, & concomitantes vt Apoſtoli, & ſequentes, vt cæteri Sancti ad Chriſtum conuerſi proſequuti ſunt Dominum diuerſis quidem temporibus, ſed vna fide ad paſſionem venientem, qua ſemetipſum hoſtiam pro omnibus obtulit. Ita eadem fide & gratiarum actione recipiamus eum venientem in altaris Sacramento, offerendum in eodem pro nobis: *Oſanna.*

Deo

Deo patri ſacrificium ſalutare. Dicimus autem benedictus, non quaſi ex noſtra actione Dei beatitudo augeatur, aut ſibi bonum quodcunq; accedat, ſed à nobis benedicitur, id eſt, benedictus prædicatur, laudatur, & colitur, quia ipſe venit plenus benedictione, qui & benedixit nobis in omni benedictione ſpirituali. ¶ *In nomine domini*) id eſt, patris, qui dominus eſt cœli & terræ & vniuerſorum. Venit autem Chriſtus in nomine patris, ſicut ipſe ait: quia in omnibus quæ geſsit, non ſuam, ſed patris gloriam quæſiui. Ego, inquit, gloriam meã non quæro, ſed honorifico patrem meum, & repetitur: ¶ *Oſanna in excelſis,*) exponatur vt ſupra. Repetitur autem propter duplicem ſtolam ſeu gloriam in excelſis promiſſam, ſcilicet corporis & animæ. Vel vt ſaluet à duplici miſeria. A miſeria culpæ per gratiam, & à miſeria pœnæ per gloriam. Oramus ergo Dominum benedicendo, gratias agentes & dicentes: Benedictus ſit in æternum, & ſuperbenedictus qui venit in nomine Domini, id eſt, operatione diuina in altaris ſacramento, quatenus eum ſic venientem dignè ſuſcipientes, ab eo ſalutis benedictionem conſequi mereamur, nunc & in excelſis, hîc & in futuro, Amen.

Sequi-

Sequitur Canonis expoſitio quæ eſt pars Miſſæ altera & principalis.

E IGITVR *clementiſſime pater.*

Poſt partem primã Miſſæ quæ præparatoria eſt ad ſequentes, ſequitur pars ſecũda, quę Canon dicitur: in qua perficitur euchariſtiæ conſecratio. Hæc autem dicitur canon, quia canon dicitur inſtitutio vel regula. Quia hæc verborum cõnexio, regula, eſt ad venerabilis euchariſtiæ cõſecrationem ordinata: partim à Chriſto, partim à patribus conſtituta. A Chriſto quidem inſtituta ſunt verba ſabſtantialia quæ formam integrant conſecrationis. Cætera verò verba quæ ad Dei laudem dicuntur, ac orationes quæ pro populo offeruntur, non vno tempore, nec ab vno tantùm, ſed diuerſis temporibus à diuerſis ædita ſunt: & per beatum Gelaſium papã, qui quinquageſimus primus fuit à beato Petro, ſimul ſunt ordinata. Quamuis & nonnulla poſt iſtum ſint à ſummis pontificibus addita. ☞ Dicitur etiã Secretum, ratione ſignificationis, operationis, & prolationis: quoniam

Leſt 15. Canon.

Leſt .15.

Origo Cano nis.

niam ſignat ſecretiſsima fidei myſteria. Fiunt & ibi ſecretiſsimæ operationes omni creato intellectui incomprehenſibiles in ſubſtantiarum conuerſionibus, de quibus infra dicetur. Debet quoque pars illa miſſæ ſub ſilentio proferri, ne tanti myſterij verba per quotidianum vſum & manifeſtam prolationem vileſcant. Atque vt ſacerdos hæc verba ſilenter proferens maiori deuotione cordis in Deum feratur, qui ex auditor eſt cordis, non clamoris vocalis. Eapropter etiam ſacerdos celebrans quibuſdam cortinis velatur in lateribus altaris dependentibus, ne à conſpicientibus impediatur eius deuotio, quia ingreditur ſecretum fidei maximum. In cuius figura Sancta Sanctorum in Moſaico tabernaculo dependente velo claudebantur, nec niſi ſummo ſacerdoti licuit introire: & hoc ſemel tantùm in anno: vnde ſtatutum eſt de vi. & ho.cle. Ca.1. vt nulli laicorum liceat in eo loco conſiſtere, vt ſacerdos poſsit liberè ſacramentum, id eſt ſacrum ſecretum deuotionis celebrare. Dicitur tertiò pars illa Miſſæ actio: vnde & ſacerdos ad illam partem proueniens dicitur eſſe in actione. Duplici autem ratione dicitur actio. Primò, quia in ipſa ſacratiſsimum Chriſti myſte-

ſterium peragitur, quo ex maxima & ineffabili charitate pro ſpirituali refectione peregrinantibus in via dedit carnem propriam in cibum, & ſanguinem ſuum in potum, ſub velamine ſpecierum panis & vini. Et quia hæc fiunt miſericordi & libera voluntate Dei, rectè dicitur actio, & diſtinguitur contra factionem. Secundò dicitur actio, quia ibi agitur noſtra cauſa coram ſummo iudice Chriſto Deo per ſacerdotem: tanquam per nuncium intermedium inter ſponſum & ſponſam Chriſtum ſcilicet & eccleſiam: qui deducit cauſam Eccleſiæ, impetrans ei orationibus & ſacrificio plurima dona: nunc conuerſionem peccatorum per gratiam: nunc conſeruationem iuſtorum in gratia: nunc contra mundi pericula firmamentum: nunc cuſtodiam angelorum: nunc refrenationem tentationum: nunc purgandarum animarum liberationem, & ita de alijs multis.

Dicitur quartò ſacrificium, quia in ea offertur Deo patri ſummũ ſacrificium: vnigenitus ſcilicet filius ſub ſpecie ſacramẽtali occultatus. De quo infra latius dicetur. His ergo quatuor nominibus Canõ, Secreta, Actio, Sacrificiũ, inuenitur hæc ſecũda pars Miſſæ nuncupari,

pari, de quo latius habetur Lect. 15.

Lect. 20 ☞ Diuiditur autem Canonis textus in ſex partes principales. In prima petitur à Deo benedictio munerum: panis ſcilicet & vni: quæ pro eccleſia offeruntur. Secundò ſequitur ſanctorum inuocatio, quorum precibus & meritis nobis dona à domino conferuntur, ibi: Communicantes. In tertia petitur oblatorum acceptatio, qua electi à perfidis diuiduntur, ibi: Hanc igitur. In quarta parte ponitur verborum forma, quibus perficitur conſecratio & panis viniq́ue ſubſtantiæ in corpus & ſanguinem Chriſti conuertuntur. ibi: Qui pridie. In quinta ponitur paſsionis cõmemoratio, ac ſalutis petitio hijs qui ſacrificio perfruuntur, ibi: Vnde & memores. In ſexta additur refrigerij poſtulatio animabus defunctorum, cum iterata ſanctorum inuocatione, quatenus petita eorum meritis à domino cõcedãtur, ibi: Memento etiam domine. Prima pars ſubdiuiditur, quia primò petitio ad patrem dirigitur, vt appoſita munera ſanctificet. Secundo fit ſpecificatio pro quibus offerantur ſacrificia, ibi: In primis. Circa primum primò captat beneuolentiam eius, qui petitur, dicens.

quia

quia ſanctus dominus Deus Sabaoth.

TE igitur clementiſsime pater, per Ieſum Chriſtum filium tuum dominum noſtrum ſupplices rogamus & petimus.

humiles affectu cordis expreſsione vocis.

☞ Circa hanc canonis partem, notandum primò, quòd non ſine myſterio prima canonis litera, eſt literæ T, cui correſpondet Thau, in Hebræo. Habet enim hæc litera T crucis formam: quia ſignati ſunt T qui ab angelo percutiente liberati ſunt: vt habetur Eze. 9. Hoc etiam fuit ſignum quo in Apocalypſi ca. 7. leguntur ſignati in frontibus ſuis electi ſerui Dei, priuſquam nocumenta inferrentur terræ & mari. Huius figuram habuit lignum in quo Moyſes ſuſpendit æneum ſerpentem in deſerto: vt inſpiciẽtes ſanarentur

C 3

rentur à morſibus venenatorum ſerpentum: vt habetur Numeri. 7. Quæ rectè in principio officij commemorationis dominicæ paſsionis viſui offertur, quatenus ſua figura commonere faciat celebrantem paſsionis & crucis Chriſti, qua intus ſignatus cuſtodiatur ab angelo exterminatore ac virulento ſerpente, ne veneno reprobarum cogitationum mentem eius inficiat, ac vi am ſpiritualem quam hoc ſacrificiũ præſtare ſufficit, tollat.

Notandum ſecundò circa hoc nomen ¶ Pater) quod nomen pater vt attribuitur Deo, dupliciter accipitur. Vno modo eſſentialiter, vt conuenit toti Trinitate & cuilibet perſonarum coniunctim & diuiſim in ſingulari. Hæc enim eſt cõditio terminorum eſſentialium in diuinis, & illo modo dicitur pater principium productiuum aut gubernatiuum alterius, hoc modo Deus dicitur pater eorum quæ creauit, & quos gubernat & alit, ſecundum illud Deuteronomij capite 32. Nonne ipſe eſt pater tuus qui poſſedit, fecit, & creauit te? Hoc modo prima perſona eſt pater, filius eſt pater, & ſpiritus ſanctus eſt pater: & hi tres non tres patres, ſed vnus pater: ſicut non tres

crea-

creatores, ſed vnus creator: nec tres Domini, ſed vnus Dominus. Sic etiam accipitur in oratione dominica, vt infra docebitur. Et generaliter quando non ponitur reſpectu termini importantis vnam perſonam diſcretè ab alia, vt quando ponitur reſpectu alicuius termini importantis operationē ad extra, id eſt, reſpectu creaturę. Illę enim operationes communes ſunt omnibus tribus. Quicquid enim pater operatur in creatura: operatur & filius, operatur & ſpiritus ſanctus. Nam quorum vna eſt eſſentia, etiam operatio eſt indiuiſa. Alio modo accipitur perſonaliter ſiue notionaliter, & ſic pater dicitur tantum generatione proprijſsimè dicta, qua viuens generat viuens, non tantùm ſibi ſimile in ſpecie, ſed in identitate eſſentiæ. Et ſic pariter tantùm dicitur de prima perſona in diuinis, & non de ſecunda, nec de tertia. Et ſic accipitur, quando ponitur reſpectu termini importantis perſonam. Et ita accipitur hoc, quia ſequitur per filium tuum dominum noſtrum, & cæt. quod importat ſecundam perſonam diſcretè à prima & tertia. De hoc lectione. 20. ☞ Et licet hic accipiatur perſonaliter, non tamen cum excluſione aliarum perſonarum.

Nam eo modo quo genitor pater noſter eſt, etiam filius pater noſter eſt: etiam ſpiritusſanctus pater noſter eſt. Eſt enim pater noſter paterna virtute ac potentia nos creans, Paterno affectu dulciſsimè de nobis cogitans, Paterna prouidentia nos bonorum ſuorum hæredes ordinans. Paterna diſciplina inſtituendo nos ſanctificans: & ita de alijs paternam pietatem concedentibus quæ tamen omnia nō ſine filio & ſpiritusſancto in nobis operatur. In eo verò quòd pater dicitur, & eſt filij ſui domini noſtri Ieſu Chriſti, excluduntur aliæ perſonæ.

Per Ieſum Chriſtum filium tuum domi. noſt.

☞ Orationes noſtrę quatenus ſint impetratoriæ, dirigendæ ſunt ad patrē per filium: qui mediator eſt inter patrē & nos: vt dicit Apo. 1. ad Timo. 2. Mediator Dei & hominū, homo Chriſtus Ieſus, Eſt & aduocatus noſter. vt Ioh. docet. Aduocatū habemus, inquit, apud patrem Ieſum Chriſtum iuſtum. Et ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris tantùm, ſed etiam pro totius mundi. 1. Ioh. 2. Per hunc quicquid petierimus patrem, conſequemur,

Sic

Sic enim nobis iureiurando promiſit filius: Amen amen dico vobis, ſi quid petieritis patrē in nomine meo dabit vobis. Ioh. 16. Ideo ſicut frequenter in omnibus orationibus ſuis eccleſia, ita & nunc in principio Canonis orationem ſuam format ad patrem, in nomine filij dicens: ℣ *Per Ieſum Chriſtum filium tuum dominum noſtrum.*) Quibus verbis deſcribitur Chriſtus quintupliciter: Primo quantum ad effectum ſalutarem, quia Ieſus, quod interpretatur: ſaluator, ipſe enim, ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorū. Mat. 1. Secundo quātum ad dignitatem regalem, quia Chriſtus, quod interpretatur vnctus: Reges enim ſacerdotes, & prophetæ vngebantur in lege, & ipſe propheta fuit rex & ſacerdos. Tertio quātum ad proprietatem perſonalem, cum dicitur: filium tuū. Nam generatione paſsiua perſonaliter diſtinguitur à patre. Quarto quantum ad præſidentiam vniuerſalem, cum additur dominū: ipſi data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra. Math. 28. Quinto, quantum ad profectum humanalē, quia noſter. Siquidē noſter Ieſus: noſter Chriſtus: noſter filius: noſter dominus: paruulus natus eſt nobis, ait Iſa. cap. 9. & filius datus eſt nobis, Datus, inquā, in anti-

dotum noſtræ ſaluationis in pabulum noſtræ refectionis, in ſacrificium noſtræ reconciliationis, in ſacramentum noſtræ ſanctificationis, in precium noſtræ redemptionis, quia Ieſus. In aduocatum noſtræ allegationis, in magiſtrum noſtræ eruditionis, in lumen noſtræ illuminationis, in directionem noſtræ viationis: quia Chriſtus, id eſt vnctus. In ſcutum noſtræ protectionis, in propugnatorem noſtræ defenſionis, in iudicem noſtræ remunerationis, quia dominus noſter. Magna igitur fiducia preces fundimus ad te patrem clementiſsimum: vbi aſsiduum habemus interpellantem Ieſum prudentiſsimum aduocatum, Chriſtum mediatorem acceptiſsimum, patris cœleſtis filium, effectus petitionis largitorem cum patre potentiſsimum cœli & terræ noſtrum & vniuerſitatis dominum.

TEXTVS.

placita & grata
quia à filio tuo
inſtituta.

Lect. 21. VTi accepta habeas & ſancti-

ſanctificando, vt idonea ſint diuino ſacramento

panis & vini

benedicas, Hæc ✠

à diuina liberalitate nobis conceſſa.

à vobis piè recepta.

dona, hæc mu ✠ nera,

à nobis Deo oblata ratione ſignificationis & applicationis diuino vſui.

Hæc ſancta ✠ ſacri-

ſine macula cordis & corporis offerenda.

ficia illibata.

Captata beneuolentia eius qui petitur in verbo, ¶ *Te pater clementiſſime*) Commemoratio etiam mediatore cuius merito oratio noſtra patri acceptabilis redditur, in verbo: ¶ *Per Ieſum Chriſtum filium tuum. &c.*) Inſinuato denique ſupplicandi affectu, quo mens in ſublime tollitur: in verbo: *Supplices rogamus & petimus.*)

Sequitur expreſsio eorum quæ à clemẽtiſsimo patre obtineri deſiderantur, ſcilicet vt hæc corporalia dona à Deo datæ & munera à nobis accepta, ſint patri grata & placida: atque fiant idonea ſacrificia pro noſtris peccatis offerenda, & per hoc ſancta, diuino cultui deputata & illibata, nulla mẽtis & corporis immunditia maculata: hoc ad literam petitur. Alias expoſitiones typicas, atque quemadmodum veteris legis ſacrificia non placuerũt, & ideo hæc noua inſtituta ſint, require lectione. 21.

De ſignatione crucis.

☞ Dum autem ſacerdos hæc profert, tribus crucibus panem & vinum coniunctim ſignat: quas ſignationes in ſequentibus frequenter iterat.

Pro quo notandum quòd huiuſmodi ſignationes non fiunt tantum ad ſanctificandum & conſecrandum oblata. Alioquin poſt conſecrationem euchariſtiæ fieri non deberent, cuius tamen contrarium ſit: ſed principaliter ideo fiunt: vt per huiuſmodi crucis ſignationes, modus & ordo dominicæ paſsionis repræſentetur. Cùm enim ſacrificium illud eſt perfectiſsimum memoriale dominicæ paſsionis, vt nihil deſit quo vel viſus vel auditus, tam ſalubri memoriæ cooperetur, vniuerſa ad huius ſacrificij conſecrationẽ concurren-

tia,

tia ad paſsionis dominicæ repræſentationem ſunt ordinata. Veſtes ſcilicet & vaſa, pallæ & tabula, ceremoniæ & verba. Cū ergo Chriſtus paſſus ſit in cruce, cōueniēter per ſignū crucis ei⁹ paſsio repræſentatur. Et quoniam paſsio eius quibuſdam gradibus completa eſt, ſiquidē aliquæ paſsionis partes præceſſerunt crucifixionem, aliquę in cruce ſunt conſummatæ: ideo vt congruo ordine ſingula repręſentētur quæ crucifixionē præceſſerunt, repræſentatur per crucis ſignationes ante conſecrationem factas: quæ verò in cruce paſſa, aut poſt crucē acta ſunt: per eas quæ poſt conſecrationem fiunt. Crucem præceſſerunt Chriſti traditio ad mortem. Venditio & mortis eius in inſtitutione huius ſacramēti præſignatio. Et ſecundum hoc ante conſecrationem ter ſignantur oblata. Primo hic. Secundo in verbis. ¶ *Benedictam, aſcriptam, ratum.*) Tertio in verbis. ¶ *Corpus & ſanguis.*) ☞ Quo ad primum in his verbis: ¶ *Hæc dona, Hæc munera, Hæc ſancta ſacrificia illibata.*)

Trina hoſtiæ ſignatio cū cruce.

Ter ſignatur hoſtia ad deſignandum triplices perſonas, à quibus traditus eſt Chriſtus. Traditus enim eſt à Deo Trinitate. A parte præordinando eius paſsionem ad humani generis ſalutem: dandoq; homini Chriſto voluntatem

patiendi vt diceret. Non mea, ſed tua voluntas fiat. Math. 26. Et non cohibendi occidentium ſæuitiam, imo dando eis quæ cogitauerunt in dominum faciendi facultatem: Non haberes in me poteſtatem vllam niſi tibi datum eſſet deſuper. Hinc Paulus: Proprio filio ſuo nō pepercit deus, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Romano. 8. Traditus eſt etiam à ſeipſo, quia pati voluit. Ego (inquit) pono animam meam, & iterum ſumo eam. Nemo tollit eam à me, ſed ego pono eam à me ipſo. Iohannis. 10. Hinc Paulus: Epheſiorū. 5. Chriſtus ſeipſum tradidit pro eccleſia. Item à ſpiritu ſancto. Is enim eſt qui per os Caiphæ prophetauit. Expedit vobis vt vnus moriatur pro populo, &cæt. Iohan. 11. Secundò traditus eſt à Iuda proprio diſcipulo Iudæis. O Iuda oſculo filium hominis tradis. Tertiò traditus eſt à Iudæis pręſidi Pilato. Matthæi. 27. loquens de funeſto Iudæorum conſilio, ait: Vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt eum Pontio Pilato præſidi. Prima traditio facta eſt ex charitate. Sic Deus dilexit mundum vt filium ſuum vnigenitum daret. Iohann. 3. Secunda ex auaritia. Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam. Mat. 26.

Ter-

Tertia facta est ex inuidia. Sciebat enim, inquit Pilatus, quod ex inuidia tradidissent eum. Tradidit ergo illum Deus ex dono, Iudas pro munere, Iudæus in sacrificium illibatum, quod tamen non Iudæi, sed gentes liberauerunt, quoniam ablatum est ab eis regnum dei, & datum genti facienti fructus eius. In huius ergo triplicis traditionis memoriam, quam fecit Deus, Iudas, & Iudęi singuli ad mortem, mortem autem crucis: fiũt tres cruces. Vna in verbo: Hæc dona. Secunda in verbo: Hęc munera. Tertia in verbo: Hæc sancta sacrificia illibata. Sunt & alię repręsentationes huius signationis, de quibus lectione. 21.

TEXTVS.

ordine charitatis

IN primis, quæ clementissimo patri. *Lect. 22. Lect. 23. Lect. 24.*

tibi offerimus

militante, quæ est multitudo fidelium habentium communionem in fide & sacramentis.

pro ecclesia tua.

vero

vero dei cultui dedicata

vniuerſali per totum mundum diffuſa

eccleſiam.

ſancta, catholica, quam

ab Hæreticis & Scismaticis, ac perſecutoribus tyrannis.

à dæmonijs & vitijs.

pacificare, cuſtodire,

diſperſam ex infidelibus & perfidis vel gradus eius inobedientia charitatis

in proſperis & aduerſis.

adunire & regere dig-

vbicunque diffuſa fuerit: quia in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.

tua bonitate, non noſtris meritis.

neris toto orbe terra-

ſimul, pariter

rum, vnà cum famulo

Roman. ac ſum. pontifice, Chriſti vicario, patre patrum, vniuerſalis eccleſiæ capite, vicario.

tuo Papa

no-

nomen pontificis exprimi debet ſecundū decretū Gelaſij Pap.

epiſco. ordinario diœceſeos.

noſtro N. & antiſtite

ſummo

noſtro N. & Rege

principe in poteſtate ſeculari

cunctis fidelibus

noſtro. N. & omni-

rectè gloriantibus, ab orthos Græcè, quòd eſt rectum, & doxa, id eſt, gloria latinè.

bus orthodoxis, atque

vniuerſalis, quia omnibus hominibus traditæ.

per apoſtolos cōcorditer publicatæ & firmatæ.

catholicæ & apoſtoli-

qui deum confeſsione ſecundum regulā vniuerſalē & apoſtolicā verè colunt.

cæ fidei cultoribus.

☞ Poſtquam ſacerdos deprecatus eſt Deum patrem vt ſua clementia apoſita munera ſanctificet in iſta ſecunda primæ partis canonis particula, ſpecificat pro quibus hæc ipſa dona & munera Deo offerat, Et primò petit ea acceptari

ceptari pro tota eccleſia generaliter. In ſecunda ꝓ ſummis eccleſiæ capitib⁹ ſpecialiter ibi. Vna cū famu. t. Tertiò pro oībus rectè credētibus fraternaliter ibi. ¶ *& omnibus orthodoxis*) Quartò ꝓ quibuſdā ſpecialiter ibi: Memēto. Et quoniam ordo eſt inter eos ꝓ quib⁹ petitur: Sicut & charitas, quę licet quātū ad bona ſpiritālia oībus cōmunicanda, æqualiter ſe ad oēs extēdat, ſecundum illud: Diliges ꝓximū ſicut teipſum, nihilominus ordinē quendē habet, ſecundū illud Cant. 2. Ordinauit in me charitatē: quātū ad diligibilia & diligendi modum, atq, dilectionis effectū vt tangit Magiſter diſt. 29. lib. 3 Vnde offerēdū eſt prius pro eccleſia tota, deinde ꝓ perſonis ſingularibus, quoniā bonū cōmune bono priuato & ſingulari præponendū eſt, ſecundū Philoſophū. 1. Ethicorū, & per hoc perſonæ publicæ in ſublimitate cōſtitutæ à quibus dependēt reſpublicæ, perſonis ſimplicibus præferūtur. Hic Apoſtolus .1. Tim. 2. Obſecro primū oīm fieri orationes ꝓ oībus hominibus, pro regibus, & ꝓ oībus qui in ſublimitate ſunt cōſtituti. Ecce primū fiendæ ſunt orationes pro omnibus hominibus colle- & iuè. i. pro eccleſia. Accipitur autem eccleſia multis modis, vt in lec. 22. Quę ac ceptiones ſic ſummari poſſunt. Eccleſia enim

Eccleſia.

enim dicitur conuocatio rationalis creaturæ, & accipitur quandoque in bono pro ecclesia sanctorum, quandoq; in malo pro ecclesia malignantium. In bono vniuersalissimè accipitur pro congregatione omnium fidelium, hoc est veram Dei cognitionem habentium, siue perfectã vt habent angeli & beati in patria triũphãtes: siue imperfectã vt homines mortales adhuc in vita militãtes. Quandoq; accipitur tantũ pro ecclesia triumphantiũ in cœlo, quãdoq; tantũ pro ecclesia militantiũ in terra. Et sic accipitur trifariciter. Primò pro cõgregatione omniũ à primo iusto Abel vsq; ad vltimũ in fine mundi nasciturũ, & ita comprehendit synagogã Iudæorũ & ecclesiã Christi fidelũ. Secũdò pro sola congregatione Christianorũ tã prẽteritorũ & præsentiũ quã futurorũ. Tertiò tãtũ p cõgregatione omniũ Christianorum præsentiũ: siue nunc existentiũ. Et quelibet harum dicitur ecclesia vniuersalis vera, ad differentiã ecclesiæ repręsentatiuæ, quæ est consilium generale legitimè congregatum. Accipitur autem ecclesia etiam pro congregatione particulari omnium in vna prouincia, vna diœcesi, aut in vna ciuitate vel vna domo existentium, tam clericorum quàm laicorum: quandoque tantùm clerico-

A3

Catholica

clericorum: quandoque pro vno homine. In propoſito accipitur eccleſia pro eccleſia vniuerſali militante, non triumphante: pro triumphante enim orãdum non eſt: ſed eius orationes pro nobis ſunt expetendæ, & ideo additur catholica, quod eſt vniuerſalis. Et hæc eccleſia ſancta dicitur, quamuis multos contineat peccatores: quia diuino cultui dedicata: quia vera fide formata, quia ſanctiſsimo capiti Chriſto concorporata, quia membrorũ ſanctitate firmata. Siquidem nunquàm deſunt ſancti in eccleſia, quia veritatis ſpiritu gubernata: quia ſanctiſsimis legibus fulcita: quia ſacramentis ſanctificantibus adornata, quia præſentia ſponſi ſui ſuſtentata, quia ſola gratiæ ſanctificantis contentiua. Nam extra eccleſiam nec gratia eſt neque ſalus. Pro hac eccleſia primò oratur, vt collecta & adunita ſecundum diuerſos gradus, eius vt in ea hierarchicus ordo ſuperiorum ad inferiores, & inferiorum ad ſuperiores inconcuſſe ſeruetur in præcipiendo & obediendo ex virtute charitatis. Deinde pro rectoribus eccleſiæ generalibus & ſpecialibus, demũ pro ſingulis fidelibus tamen in genere. Quorum latam proſecutionẽ quære lectione. 23. & 24.

Sancta.

Textus

TEXTVS.

approbando & bona conferendo. Pater

MEmento domine famulorum famularumque tuarum N. & N. & omnium circunſtantium : quorum tibi fides cognita eſt, & nota deuotio, pro quibus tibi offerri cir-

propter ſexuum diſcretionem. Leff. 25.

quietè: non circumgirantium aut perturbantium. Leff. 29

quo ad intellectum.

quo ad effectum ſcilicet participationis deſiderium.

ego ſcilicet & eccleſia cuius perſonam gero.

circũſtantes, ſcilicet q & ipſi offerũt nõ immediatè ſcilicet mediante ſacerdote.

mus vel qui tibi offe-

oblationem, qua ſummè laudamus diuinam largitatem.

runt, hoc ſacrificium

primo quia charitas ordinata à ſe incipit — ſibi commẽdatis multiplici ratiõe

laudis, pro ſe ſuiſque

quantum ad peccati remiſsionem

omnibus, pro redemptione animarũ ſuarũ,

quantum ap beatitudinis conſecutionem — quantum

pro ſpe ſalutis & inco-

ad bona corporis quæ ſunt infimã. — patri

lumitatis ſuæ, tibiſque

affectiões pias & opera meritoria, q̃ ſua ſunt propter cooperationẽ liberi arbitrij, & reddũt propter gratiã quã accipiunt à te, p quã ſunt meritoria opera.

reddunt vota ſua

pa-

patri cui appropriatur æternitas.

ſpiritui ſancto, ſpiritus eſt qui viuificat.

æterno Deo, viuo filio, qui eſt veritas. Ioan. 14. Ego ſum via, veritas, & vita. Ecce tria diuinarū perſonarum attributa, ſcilicet æternitas, veritas, & vita.

& vero.

☞ Poſtquam orauit ſacerdos pro omnibus rectè credentibus fraternaliter, in hac particula orat pro quibuſdā ſpecialib⁹ ſingulariter: & hoc primo præmittitur. Secundo, quòd à Deo eis petitur, ſubinfertur ibi: Pro ſpe. Tertiò vt oratio quo eis exaudiatur allegatur ibi: Tibiq; Circa primum orās ſacerdos dño dicit: ¶ Memento) Non quòd Deus qui æternaliter omnia præſentia, præterita, futura, & poſsibilia actualiter cognoſcit aliquorum obliuiſci poſsit, vt opus ſit aliqua ſibi ad memoriā reuocare. Srqui dem actus diuinę cognitionis vnus & ſimplex ac æternus, quo omnia intuetur, eſt ſua diuina & infinita eſſentia: & ideo ſicut neceſſariò eſſentia ſua eſt immutabilis, ita neceſſariò omnia cognoſcit, & nullius vnquam obliuiſcitur. Sed obliuiſci, neſcire & noſcere Deo quandoque attribuitur per effectum.

Quomodo Deus dicitur aliquid obliuiſci, ſeu aliquid ſcire vel ne ſcire.

Ita

Ita ſcire dicitur quod approbat: vnde dicitur: Nouit dominus qui ſunt eius, 2. Tim. 2. Et neſcire vel obliuiſci quos reprobat. Vnde Dominus dicturus eſt reprobis. Matth. 7. Nunquam noui vos. Et iterum fatuis virginibus fruſtra ſibi aperiri petẽtibus: Amen amen dico vobis neſcio vos, Matth. 25. Ita & conuerſorum malitias obliuiſcitur ad pœnã: & à bono cadentium merita nõ recordatur ad præmium, Ezech. 18. Orat igitur ſacerdos, vt Deꝰ memor ſit per gratiæ appoſitionem & peccatorũ remiſſionem, & ad conferẽdum ea quę ſtatim in hac oratione ſubiunguntur.

☞ Sequitur. ¶ *Famulorum famularumq́ue tuarum. N. & N.*) Hoc eſt fidelium te colentium per fidem orthodoxam, per quam profitentur te dominum cœli & terræ, ſeque ſubiectos tuos famulos. Et hic locus eſt vt ſacerdos pro quibuſdam ſpecialiter oret, vt Sacrificij fructum ſpecialiter eis applicet. Ideo dicitur. N, & N. ☞ Pro quo diligenter notandũ, quòd ſacerdos ex officio nuncius eſt eccleſię pro populo ad Deum, & ideo offerẽs ſacrificiũ in perſona eccleſiæ poteſt eius fructũ & virtutem alicui vel aliquibus ſpecialiter applicare. Hãc enim auctoritatem recepit in ſua ordinatione, cum in traditione calicis & panis

Applicatio meritj Christi

nis dictum est ad eum: Accipe potestatem offerēdi pro viuis & mortuis &c. Vnde eius officij non solum est preces ecclesię, & sacrificiū eius nomine Deo offerre, sed etiam vt tenens gradum summum in ecclesiastica politia ratione ordinis sacerdotalis, potest virtutem sacrificij & oblationis determinare, vt illis vel istis indigentibus præmiū pro huiusmodi Ecclesiæ sacrificio conferatur, cuius latam declarationem require Lection. 26. per totum. Et si quæris vtrum sacerdos pro libito suo possit dispensare bonum virtute sacrificij debitum cui voluerit, ad hoc respondetur sub hac distinctione: Quandoque habetur certa doctrina vel obligatio aut præceptum de applicatione virtutis sacrificij certis certo modo faciēda: quandoque talis non habetur. Si primum, debet Sacerdos in applicando Missæ fructum, illi doctrinæ, obligationi seu præcepto se conformare, Quòd si contrarium faciat, applicanti scilicet sacerdoti nocet: quia sic contra præceptum aut doctrinam applicando peccat: & forte nec proficit ei cui sic inordinatè applicatur, vt dicit Scotus. Si secūdum, stat in arbitrio sacerdotis cui voluerit applicare.

☞ Pro intellectu horum consequen-

ter aduertendum, quòd meritum ſeu virtus miſſæ poteſt intelligi valere alicui in triplici gradu: ſcilicet ſpecialiſsimè, generaliſsimè, & modo medio ſeu ſpecialiter. Primò modo ſcilicet ſpecialiſsimè, tantum valet celebranti ſaltem dignè, quoniam illi valet tanquam meritum æternæ vitæ, ac præmij eſſentialis, propter motum eius charitatiuum in Deum: quo vult celebrare è charitate finaliter propter Deũ, ſuper omnia dilectum. Hunc fructum alij applicare non poteſt: quoniam & ſi quis poteſt alteri mereri, primam gratiam aut gratiæ augmentum, nullus tamen poteſt alteri mereri præmium eſſentiale, illud enim correſpondet merito perſonali cuiuſlibet, ſecundum illud. Opera illorum ſequuntur illos. Et illud: Vt referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſsit, ſiue bonum, ſiue malum.

Apo.14. *2.Cor.5.*

Generaliſsimè valet toti Eccleſiæ: & ab hoc valore ſacerdos nullum debet excludere: ſaltem qui eſt membrum eccleſiæ: ſed intentione habituali omnes includere ſecundum inſtitutionem & vſum eccleſiæ: ſecundum quem habet orare pro omnibus Orthodoxis catholicæ & Apoſtolicæ fidei cultoribus. Tertio modo valet illi cui per celebrantem ſpecialiter applicatur: et quantum

tum ad illum valorem medio modo, or dinatæ ſuut ſpeciales orationes & collectæ pro diuerſis perſonis, & diuerſis impetrandis: ac diuerſa officia pro viuis & defunctis ab Eccleſia, quę habẽs ſpiritum ſponſi ſui non erat ſic ordinando. Fruſtra autem eſſet hæc ordinatio, ſi omnibus æqualiter valeret.

Quantum itaque ad iſtum valorem medio modo, quandoque determinata eſt applicatio ex ordinatione eccleſiæ, quæ in diuerſis parochijs inſtituit diuerſos ſacerdotes parochiales, qui tenentur officiare Eccleſias, & celebrare ſpecialiter pro ſuis parochianis viuis, & defunctis: Sic in diuerſis collegijs & beneficijs & præbendis diuerſi inſtituuntur, qui ſpecialiter celebrent pro fundatoribus, & his pro quibus ex ſuis fundationibus obligantur. Etiam pro his quibus naturali iuſtitia & gratitudine aſtringuntur: vt pro parentibus, benefactoribus, ſpiritualia & temporalia conferentibus. Vbi verò non concurrit talis obligatio, eſt in arbitrio ſacerdotis quibus hoc tertio modo velit applicare: & poteſt nunc vni, nunc alteri applicare: ſiue vni ſoli, ſiue pluribus ex æquo, ſiue pluribus non ex æquo: ſed ſecundum diuerſos gradus. Vnde imaginatur Scotus

diuerſos valoris gradus in iſto medio modo: priores & poſteriores. Vnde poteſt ſacerdos applicare valorem hunc tertij modi alicui in priori gradu, quantum illi valere poteſt in hoc gradu: & nihilominus ſine eius præiudicio applicare: alij in poſteriore gradu: exempli gratia: Ordinauit Deus quantum officium Miſſæ valere debet (cæteris paribus) parentibus, quantum fundatoribus, quantum amicis, quantum his aut alijs, & hoc tam ex opere operato, quã etiam ex opere operãte. Sic ergo poteſt applicare ſacerdos virtutẽ Miſſæ fundatori in ſuo gradu, vt ſibi tantum valeat quantum ei valere poteſt in iſto gradu, & tamen ſimul applicare parẽti in alio gradu, vt & illi valeat quantum poteſt in hoc gradu, & ſic de alijs: & ita quotquot in poſterioribus gradibus applicatur, nullum fit præiudicium prioribus, quibus portio ſua debetur: nõ minor, quàm ſi nullus poſterior fuiſſet adiunctus. Quantum aũt debeatur huic vel illi in hoc vel alio gradu, ille ſolus nouit qui officium hoc inſtituit: & in eo patri pro omnibus offertur, & ſecundum ſacerdotis determinationem fructum Miſſæ partitur. ☞ Similiter ſatis dubiũ, quis cui ſit prẽponendus, vtrum fundator parentibus, vel è contrario:

bene-

benefactor amicis aut è conuerſo. Ideo ſalubre conſilium eſt, vt celebrans in Miſſa vel ante, generalē applicationem faciat hoc modo vel ſimili? Digneris Domine oblationem illam acceptare pro illis quibus noſti me obligari ſpecialiter, & in eo gradu in quo me noſti obligatum. Nec tamen debet omitti particularis determinatio, tum propter multiplicem ſacerdotis obligationem, tum propter ingratitudinis vitationem, tū propter deuotionis actualis augmentum, quòd naturaliter parit beneficiorū recordatio ſi gratia Dei coniungatur: tum propter certiorem debiti impletionem & conſcientiæ ſerenationem. Vnde debet ſacerdos in hoc loco particularem memoriam habere eorum viuorum pro quibus ſpecialiter celebrat, & poteſt nomina eorum ſi nouit vocaliter exprimere, aut ſolum cogitando mente recitare. Non enim de hoc præceptum Eccleſiæ reperitur: & quod dicitur nomina, nō intelligo nomina propria, ſed quodcunque ducens in notitiam rememoratiuam perſonæ, determinatam vel confuſam.

☞ Et ne ſacerdos nimis moretur in memoria, vnde circumſtantes tædio affligantur, & ſacerdos à diſtractione præſeruetur, vtile eſt ante acceſſum ſe

recolligere pro quibus velit ſpecialiter celebrare, & tunc ſufficeret in hoc loco habere memoriam vnius vel duorum nominatim: & cæterorũ prius memoratorum in genere: vt ſic cogitando, illius & illius, & eorum quorum prius ſpecialẽ habui memoriam. Debet etiam fieri memoria perſonarũ in genitiuo caſu ꝓpter contextũ ſequẽtiũ in canone, ſcilicet, & omniũ circũſtantiũ, &c. quia cõiunctio requirit ſimiles caſus ☞ De ordine vero eorũ in memoria habenda, vt ſic iuuetur memoria celebrãtis, non eundem modum ſeruant oẽs: ſed inter alios ille videtur magis cõgruus, vt primo loco ſacerdos memoretur illorum, pro quibus pro illa vice celebrare ſpeciaiter diſponit. Qui variari poſſunt, qa nunc pro illo, nunc pro alio: maximè dũ nõ eſt obligatus certis: quia cum ex obligatione celebrat, tenetur eos quibus ſe obligauit in primo gradu omnibus præferre: & poſt alios in ſequentibus gradibus ſubiungere. Dũ verò non ex obligatione ſiue fundationis, ſiue curæ impoſitæ: ſiue ſponte pro certis aſſumptæ celebrat, ſed pro ſua voluntate pro certis celebrare diſponit, illorum memoriã, vt dictum eſt in primo gradu ſtatuat, ſuo tamen loco. i. viuorum in prima memoria, defunctorum in ſecun

da

da. Deinde parentum & cognatorum carnalium & ſpiritualium. Tertio curæ ſuæ ſubiectorum tanquam ſpiritualiũ filiorũ. Quarto confratrũ ſuorũ membrorũ ſcilicet eiuſdem corporis: ſit eccleſia, religio, confraternitas vel domus priuata, & benefactorũ temporalium: ſint fundatores vel alij fautores tẽporalia nobis obſequia impẽdentes: familiares aut extranei. In quibus qui libet ſibi conſtituat regulã & ordinem ſibi congruentẽ, quibus promptius ſine confuſione ſibi occurrant: nec opus eſt aduerſariorum aut inimicorum in hoc loco ſpecialem memoriam habere, niſi quis pro illis ſpecialiter celebraret, ſufficit enim quantum ad illos generaliſsima applicatio. Si tamen quis etiã ſpecialem eorum memoriam habere maluerit, perfectionis eſt, & non culpandũ. Nã in hac memoria charitatis ordo legitimus eſt ſeruandus. Ante omnes tamen ſpecialiſsimè ſui ipſius memoria præferenda eſt, vt ſupra tactum eſt.

☞ De his omnibus latius Lect. 25. & 26. Nec impedit in huiuſmodi applicatione ſacerdotis malicia, excommunicatio, aut ſuſpenſio. Hæc enim non tollunt virtutem ſacrificij, quam habet ex opere operato: quia quantũ ad hanc virtutẽ, non habet ſacrificiũ illud effi- *Lect. 27*

caciã ex bonitate ſacerdotis: ſed ex inſtitutione Chriſti, & merito Eccleſiæ, cuius nuncius eſt ſacerdos celebrans.

☞ Nec impedit ſuſpenſio aut excommunicatio qua ligatur ſacerdos, quia nõ ligatur vt nõ poſsit, ſed vt non debeat: quoniã poteſtas celebrandi radicatur in charactere ſacerdotali, qui eſt indelebilis. Secus quoad virtutem ſacrificij ex merito perſonali ſacerdotis, vnde ſtat ſacerdotem celebrando iuuare alios, & damnare ſeipſum, & de iſta materia latè Lect. 27. quæ bene eſt notanda. Multa & alia de valore Miſſæ, ſi minor ſit dum celebratur pro multis q̃. ſi pro paucis: & quomodo ſine vitio ſymoniæ poſsit Miſſa celebrari recepta pecunia ab his pro quib⁹ celebratur, ac quomodo aſſumenda ſint anniuerſaria perpetua in eccleſijs, ſine prę iudicio prius inſtitutorum & plura alia, Vide Lect. 27. & 28.

participãtes in obiecto fidei, ſpei & charitatis, & re hui⁹ ſacramẽti.

Secunda pars principalis totius Canonis.

COmmunicantes & memoriam venerantes, In congaudendo, imitando, implorando.

vtraque gloria
princi- corporis & ani-
paliter mæ. perpetuò
primis glorioſæ ſemper *Lect.30. Lect.31. Lect.32.*

singularis huius
mente, corpo- ſacramenti mi-
re, profeſsione niſtræ.
virginis Mariæ, geni-

qua generatione materiam miniſtrauit humanitati Chriſti in hoc ſacramento contentæ.

tricis Dei & Domini

ratione vtriuſque naturæ dominus noſter eſt, ſaluator & illuminator, ſua vnctione docens omnia.

noſtri Ieſu Chriſti- Sed

qui à Chriſto ſacerdotes ordinati, primi hoc ſacrificio vſi ſunt, & nobis eius ritum tradiderunt.

& beatorum apoſtolorũ

qui pro ſemel oblata hoſtia ſeipſos obtulerunt, & effuſione ſanguinis teſtimonium reddiderunt.

ac martyrum tuorum

Apoſtolorum principis

in tertium cœlum rapti.

primò ad apoſtolatum vocati.

Petri, Pauli, Andreæ,

maioris fratris Ioannis, ab Herode decollocati.

dilecti Domini, cui dominus matrem virginem, virgini commẽdauit

Iacobi, Ioannis,

qui vulnera reſurgentis tetigit, & à nobis dubietatis vulnus amputauit.

minoris, fratris Domini, eiſque ſimillimi

Thomæ, Iacobi, Philippi,

de inſeparabilitate patris & filij ſpecialiter inſtructi.

nobilis ac philoſophi pro Domino excoriati.

ex telonario in apoſtolũ & euangeliſtam vocati.

Bartholomæi,

fratris Iacobi minotis, & Iudæ qui & Cananeus dictus eſt.

Matthæi, Simonis, &

qui

ſucceſſorum
Beati Petri
in pontifica-
tu vniuerſalis
Eccleſiæ.

qui & Iudas Iacobi
epiſtolam canonicam
ſcripſit.

Taddæi, Lini, Cleti,

Papæ & martyris

Papæ & mar-

Clementis, Sixti, Cor-

tyris ſuc-
ceſſoris
Fabiani

Carthaginē
ſis epiſcopi

archidiaconi
eccleſiæ Ro-
manæ

nelij, Cypriani, Lauren-

martyris,

qui fra-

tij, Chriſogoni, Ioan-

tres fuerunt à Iuli-
ano apoſtata inter-
empti.

fratrum medi-
cinæ artis peri

nis & Pauli, Coſmæ &

torum, factorum
à Chriſto medici
animarum.

tam vēteris

Damiani, & omnium

quàm noui teſtamenti.

ſanctorum tuorum,

in via perfectis. in patria fuſis.

quorum meritis precibuſque concedas, vt in

credendis, intelligendis, appetendis, & agendis defenſionis & directionis

omnibus protectionis

contra omnes inimicorum viſibilium & inuiſibilium inſidias.

tuæ muniamur auxilio

tuum vnigenitum tibi coæternum & conſubſtantialem.

Per eundem Chriſtum

redemptorem noſtrum, ſaluatorem noſtrum.

dominum noſtrũ. Amẽ.

☞ Hæc eſt ſecunda pars principalis ſacri Canonis, in qua poſt petitionem benedictionis appoſitorum munerum, pro tota Eccleſia offerendorum in præcedenti patre præmiſſam, ſequitur ſanctorum inuocatio, quorum precibus & meritis eorundem donorum, nobis à deo facta eſt collatio. Et primo ponitur ſanctorum inuocatio, deinde additur

tur per eorum merita & preces ad Deum ſupplicatio, ibi: Quorum meritis. Et circa primum tangitur primo communis ſanctorum memoria venerabiliter. Secūdo fit memoria glorioſę Virginis Mariæ primò & principaliter. Tertio exprimuntur quorundam Apoſtolorum & Martyrum nomina ſpecialiter. Quarto additur omnium memoria generaliter. Partes patebunt. Circa primum cum dicitur: Communicantes, erigitur affectus noſter ad ſanctorum inuocationem. Nam fiducialiter eos inuocamus, vt ſubueniant nobis in eo, in quo nobiſcum communicant. i. quod nobiſcum cōmune habēt.

Communicant autem nobiſcum ſancti generaliter, in obiecto fidei, ſpei, & charitatis, & in ipſa charitate. Nā id quod credimus ipſi clarè vident, & ſperamus ſcilicet beatitudinē: ipſi comprehendunt & ſecuri tenent: deo quem nos diligimus ipſi fruuntur: eadem charitate conſummata, qua licet imperfecta & nos amamus: quoniam fidei & ſpei quæ non manent in patria: ſuccedunt viſio & tentio ſecura. Charitati autem viæ quæ non euacuatur ſed manet, non ſuccedit alia, ſed eadē manens perficitur, vt ſit conſummata. Communicant etiam nobiſcum ſpecialiter in

hoc ſacrificio, quoniã per mediũ huius ſacrificij cõſecuti ſunt ſalutẽ patriæ. Ipſum enim eſt viaticũ perducẽs ad patriam: vnde dñs ait Ioh. 6. Qui manducat meã carnem, & bibit meũ ſanguinẽ, habet vitã ęternã, & ego reſuſcitabo eum in nouiſsimo die. Etiã in eo communicãt nobiſcum, quia quod ipſi percipiũt rei veritate, nos frequẽtamus ſacramen tali ſpecie. Cõmunio enim eſt perceptio vnius & eiuſdem, in quo vniuntur qui cõmunicant, quamuis diuerſi diuerſimodè id vnũ participẽt. Propter hanc igitur communionẽ ſanctorũ nobiſcũ, fiducialiter ab eos recurrimus, eorum memoriã venerantes, vt nos fragiles & mortales mereamur eorum meritis & præcibus ad eorũ immortalitatis gloriam peruenire: atque eorũ ſuffragijs de fide perduci ad viſionẽ: de ſpe ad rẽ: de ſtadio ad brauium: de via ad patriam.

☞ Multa ſiquidẽ diſpoſuit Dominus dare viatoribus in tẽpore & æternitate propter ſanctorum ſuorum merita: vnde & Azarias orans dñm ait. Dan. 3. Ne auferas à nobis miſericordiã tuã domine Deus noſter, propter Abraham dilectũ tuũ, & Iſaac ſeruum tuũ, & Iacob ſanctum tuum. Et Dominus ad Salomonem. 3. Reg. 11. Non ſcindã regnum tuum in diebus tuis propter Dauid patrem

trem tuum. Et iterũ. 4. Reg. 20. Saluabo Hieruſalẽ propter me, & ꝓpter Dauid ſeruũ meũ. ☞ Non tamẽ inuocantur ſancti tanq̃ datores bonorum pro quibus oramus, ſed tanquam interceſſores apud deum bonorum oĩm largitorem. Quod aũt ſancti pro nobis orent (non obſtãte miſericordiſsima voluntate dei ad nos propter quã ipſi cura eſt de nobis, vt Petrus ait: Neq; etiam ineffabili eiꝰ prouidẽtia, qua ꝓuidit multa nobis à ſe donanda per merita & preces ſanctorum, alias nõ donãda) & quomodo ſancti in patria noſtras preces audiant fuſas à nobis in via, quomodo etiam eorum merita nobis proficiant, cum pro eis receperint menſurã præmij, bonam, cõfertam, coagitatã, & ſupereffluentem & pleraq; alia, vide le. 30. & 31. ☞ Et nota ꝙ neq; ſanctorũ ve. t. neq; cõfeſſorũ memoria ſpecialis, & ex noĩe fit mẽtio in canone, quoniã patres Chriſtum præcedẽtes licet ſpiritualiter, nõ tñ hoc ſacramentũ perceperũt ſacramẽtaliter. Sed & hæc pars canonis ordinata creditur priuſq̃ cõfeſſorũ memoria ageretur in eccleſia. Etiã quia in ſacramẽto paſſionis Chriſti horũ tãtum debuit fieri memoria qui paſsi ſunt pro Chriſto. Oĩm tamẽ generalis habetur memoria cũ dicitur poſt nomina Apoſtolorũ & martyrũ. ¶ *Et omnium ſanctorũ tuorum.*) *Leſt. 32.*

Quomodo aũt ſanctos venerari debeamus, eorũ beatitudini congaudendo, fidem & doctrinã imitando, ac eorum ſuffragia implorando, in hoc diuinam potentiam, ſapientiam & bonitatem laudantes, quemadmodum quoque pro diuerſis impetrandis, ad diuerſos ſanctos licitè recurrere poſſumus, aliaque in ſanctorum cultu ſeruanda & fugienda, require Lect. 32.

Solet autem ſacerdos cũ dicit: Communicantes, &c. ſecundum ritum multarum Eccleſiarum manus altius tendere verſus cœlum, vt geſtus corporis ſententiæ concordet ſermonis, & connexioni militantis Eccleſiæ cũ triumphãte per hanc clauſulã ſignificare correſpondendo altius leuat manus, quaſi volẽs ſe iũgere cœleſti electorũ ciuitati.

☞ *Sequitur nunc tertia pars principalis ſacri canonis, &c. quam in communione ſanctorum offerimus.*

Lect. 33. HAnc igitur oblationem ſeruitutis noſtræ, ſed &

latriæ, adorationis ſoli Deo debitæ

immediatè offerentium, ſcilicet ſacerdotum.

omnium fidelium adiunctorum, voto & consensu offerentium.

cunctæ familiæ tuæ

pater clementissime.

quæsumus Domine, vt

reconciliatus clero & populo.

placatus accipias, diesq;

omnia aduersa nos à te separare conantia repellēdo, & tibi consentanea inspirādo.

vitæ præsentis

nostros in tua pace dis-

quæ à te separat perpetuò, corpusq; & animam fine.

ponas, atque ab æterna

præseruando & liberādo, vt non incidamus.

fine cruciat.

damnatione, nos eripi

qui per gratiam finalis electionis à massa perditionis sunt separati.

& in electorum tuorum

se-

ſecundū præſentem iuſtitiam, quia prædeſtinatio æterna non mutatur: vel illa media conferendo, quæ ab æterno prædeſtinatis ſunt præuiſa, quibus effectū prædeſtinationis conſequuntur.

iubeas grege numerari

aliqui hoc non dicunt propter connexionem ſequentis oratiōnis.

Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

☞ Hæc eſt pars tertia principalis ſacri canonis: in qua poſt ſanctorum inuocationem petitur acceptio oblationis & ſacrificij placida. Primò generaliter. Secundò quantū ad cōmoda temporalia & æterna ſpecialiter. Et tertiò quantū ad finē qui eſt tranſubſtātiatio principaliter: ſecunda ibi: Dieſq;, tertia ibi: Quā oblationē. Circa primū petit ſacerdos vt hæc oblatio ſua ſed & cunctæ familiæ Chriſti (oblatio inquā debitæ ſeruitutis. i. cultus latriæ ſoli deo debitæ: quæ in hoc ſacrificio principaliter Deo exhibetur intellectu & affectu, fide & charitate profitendo in hoc ſacramento fore verè & realiter deū primum & vniuerſale oīm principium & finem, & vt talem diligendo) placidè accipiatur;

tur: non quantum est ex parte sacrificij in se, quoniam illud Deo displicere non potest: cùm dilectissimus filius suus sibi offeratur, in quo sibi semper bene cõplacet: sed petitur acceptari quantum est ex parte ministrorum ecclesiæ offerentium, occasione quorum nonnunquam acceptum non est, dum scilicet indignè offerunt, quibus per Hieremiã 9. cap. ait: Quid est quod dilectus meus in domo mea facit scelera multa? Nunquid carnes sanctæ auferunt à te malitias tuas, in quibus gloriata es? quasi diceret: Non.

☞ Petit secundò à Deo patre ut secundum vniuersale eius dominium quod habet in cœlo, terra atque inferno, triplici scilicet machinæ mũdi triplicia bona cõferat. In terra tranquillitatẽ, qua dies nostros in sua pace (non pace cum mundo, qualis est pax peccatorũ) disponat. In inferno: vt nos ab æterna damnatione eripiat. In cœlo, vt nos in grege electorũ connumerari iubeat. (¶ *Per Christum Dominum nostrum.*) Qui traditus est in manus eorum qui pacem oderunt, qui ad inferna descendit, & patres inde liberauit: qui ascendens ad cœlos præcessit nobis parare locũ, vt veniens nos recipiat ad seipsum, vt vbi ille est & nos simus, vt ꝓmisit nobis. Io. 14

Panis

panis & vini noſtræ ſeruitutis, & cunctę familiæ tuæ.

QVam oblatio-

pater clementiſsime

nem tu Deus in

exiſtens tuis creaturis, vel in omnibus offerentibus, vel in omnibus hoſtijs, vel in omnibus modis.

omnibus quæſumus

nos benedictos efficiendo

nos cœle-

bene ✝ dictam aſcri-

ſtibus aſcri bendo

firmam, non mutandam.

✝ ptam, ra ✝ tam rati-

nos à ſenſualitate ad rectæ rationis dicta miſericordia eleuando.

beneplacitam, & nos tibi gratos reddendo.

onabilem, acceptabi-

tua paterna pietate

lemque facere digneris,

ex ipſa oblatione panis & vini

verum

vt nobis corpus ✝ &

tua omnipo-
verus tente virtute.

ſan ✠ guis fiat,

ſummè & infinitè dilecti, quia tibi conſubſtantialis & æqualis, in omni ratione diligibilitatis.

dilectiſsimi filij tui

in cuius manu potenti nos & cuncta ſumus poſiti.

Domini noſtri

ſaluatoris & redemtoris vnici.

Ieſu Chriſti,

☞ Hæc eſt tertia particula partis tertiæ principalis ſacri Canonis, in qua petitur perfectio oblationis quantum ad finem principalem, quæ eſt tranſſubſtantiatio: vt ſcilicet ex eſca & potu materialibus, fiat nobis corpus verum Chriſti, et ſanguis eius verus. Et primò petitur oblationis grata acceptatio. Secundò corporis Chriſti & ſanguinis conſecratio. ☞ Quo ad primum petitur quod oblationem hanc faciat benedictam effectiuè: vt ſcilicet per ipſam benedicamur per multiplicationem ſpiritualium bonorum. ¶ *Aſcriptam.*) vt

per

per eam Angelorum ſocietati in cœlo aſcribamur. ¶ *Ratam*). i. firmam, vt ipſa vſq; ad conſummationem ſeculi perfruamur. ¶ *Rationabilem*) vt per eã ſpiritum vegetari à beſtiali ſenſu exuamur, ad congruè diſcernendum credenda & agenda. ¶ *Acceptabilem.*) per quam tibi Deo grati & acceptabiles reddamur. Quæ conditiones defuerunt ſacrificijs veteris teſtamenti. Ipſa enim non fuere benedicta: quia vacua tantum ſignificabant & promittebant, non conferebant ſalutem. Neq; firma, quia ſucceſſione legis gratiæ reuocata. Nec aſcripta ad perpetuam memoriam, quia mutanda. Sed nec rationabilia ſpiritũ vitæ conferẽtia, ſed magis literalia ſenſibilia & carnalia. Nec tandem acceptabilia, & ex ſe Deo accepta, ſicut dicitur in pſal. Vtiq; holocauſtis nõ delectaberis, ſed magis ne idolis exhiberentur permiſſa.

Sequitur: ¶ *Vt nobis corpus & ſanguis fiat.*) per ſubſtantialem conuerſionem panis & vini in ipſum: ¶ *Dilectiſſimi filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti.*) Sacerdos cũ hęc profert poſt inclinationẽ in priori oratione factã corpore & mẽte per cordis humilitatem, qua ſe recognoſcit ad tanta myſteria indignũ, ſe erigit corpore, vt mentẽ ad cœlũ eleuet: obſecraturus quatenus manna cœleſte ꝙ ſuper

nos

nos eſt, deſcendat in ſacrificium altaris id patre clementiſsimo efficiente, exemplo eius qui orando ait: Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cœlis. Eleuat etiam manus ad cœlū in alto cōpli cans, & deponit, ad excitandum conformiter ad verba affectū. Quaſi dilectiſsimū patris filiū, amoroſe affectionis brachijs ad ſe ſtringere deſideret, atque deuotiſsimè amplecti. ☞ Format etiam ſacerdos quinq; cruces: tres ſuper oblatam & calicem coniunctim in his verbis: (Benedictam, Aſcriptam, Ratam) Quartam ſuper oblatā tantum, in verbo (corpus) Quintam ſuper calicem tantum in verbo (& ſanguis.) Cuius rario conformiter ad prædicta hæc eſt: Quia ſicut per tres cruces in principio canonis factas, ſignificatur Chriſti traditio, ita per has quinque cruces deſignatur Chriſti venditio facta triplicibus perſonis, ſcilicet ſacerdotibus, ſcribis & Phariſæis. Vel precium venditionis, ſcilicet ter decem argentei. Et per quartam & quintam cruces ſignificantur perſonæ, venditi Chriſti & vendentis Iudæ, quæ quoniam valde diuerſæ fuerunt in dignitate, ſeparatim fiunt: vna ſuper oblatam, alia ſuper calicem. Aliæ rationes ponuntur ab alijs, ſed illæ ſuf ficiant.

Dile-

dilectiſsimus filius tuus, ſcilicet prima die azymorum, quæ fuit 14. luna primi menſis.

Pars quarta principalis ſacri Canonis Lect. 34.

QVi pridie quàm pateretur, accepit

materialē conuertendum in corpus ſuum.

ſanctificantes

panem in ſanctas ac

quarum contactu vim dedit vt eſſet materia idonea Euchariſtiæ.

veneratione latriæ propter vnitam deitatem.

venerabiles manus ſuas

ad deſignandum dignitatem & arduitatem inſtitutionis huius ſacramenti: & quod poteſtatem conficiendi habet à patre ſecundum vtramque naturam. Et vt nos inſtrueret leuare oculos mētis & corporis in agendis (maximè in hoc ſacramento cōficiendo) in cœlum.

& eleuatis oculis in cœ-

à quo omne datum optimum, & omne donum perfectū deſurſum eſt deſcendens.

lum, ad te Deū patrem

nam

nam minor omnipotente non ſufficit ad tantũ opus conuerſionis.

ſuum omnipotentem.

pro nobis non pro ſe. pro tanto dono ad noſtrã ſalutẽ ordinato. conſecrando.

tibi gratias agens bene-

poſt conſecrationẽ non panem, ſed panis ſpeciem. ſuis manibus.

✠ dixit, fregit, dedit

ſingulariter ſingulis. non alienis, ſed ſibi fide & charitate adhærentibus.

diſcipulis ſuis dicens:

cum gratiarum actione & beneuolẽtia. Non rapite violenter, quod faciunt accedentes indignè.

Accipite, & man-

ſpiritualiter acceptum ſacramentaliter. pane in corpus couerſo. in cœna præſentes, inter quos & Iudas traditor fuit.

ducate ex hoc omnes.

EXPOSITIO

Hęc eſt pars principalis quarta canonis, in qua præmiſſis primò orationibus ad patrem clementiſsimum, pro appoſitorum munerum benedictione, & ſecundò ſanctorum commemoratione, pro benedictionis impetratione, addita tertiò deprecatione pro oblationis acceptatione, proceditur nunc in iſta parte quarta ad ſacrificij perfectionem ſcilicet materiæ idoneæ & ſanctificatæ cõſecrationem: qua panis viniſque ſubſtantia in verum corpus Chriſti & ſanguinem conuertuntur. Et ſubdiuiditur pars illa in duas partes. In prima fit conſecratio panis, in ſecunda vini, ibi: Simili modo poſtquam cœnatum eſt. In prima parte præmittitur modus inſtitutionis huius Sacramenti à Chriſto. Secundò ponitur verborum forma, qua perficitur ipſa conſecratio, ibi: Hoc eſt enim. ☞ Circa primum tangitur huius inſtitutionis tempus & hora, cùm dicitur: ¶ *Qui pridie quàm paterętur*, id eſt. 14. luna primi menſis. Nã dies. 15. paſſus eſt. & 14. quæ erat prima azymorum, paſcha comedit cum diſcipulis ſuis ad veſperum, poſt cuius eſum dominus ſacramentum inſtituit. In ipſa nocte comprehenſus: mane paraſceue paſchæ crucifixus eſt, vt manifeſtè patet ex decurſu Euangeliorũ. Matth. Mar.

Mar.& Lucæ. Licet Græci errauerunt, dicẽtes quòd Chriſtus cœnam vna die præuenerit. Quorum rationes & erroris eorum reprobationes, vide Lec. 34. latè. Sequitur: ¶ *Accepit panem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas.*) Hoc contactu panem deputauit in materiam huius ſacrificij. Nam ſicut ſecundum Bedam, Chriſtus tactu ſuæ mundiſsimæ carnis dedit vim regeneratiuam aquis, deputando aquam vt eſſet materia ſacramẽti baptiſmi: ita & acceptione panis in ſanctas & venerabiles manus ſuas, vim pani tribuit: vt ex eo tanquam ex congrua materia corpus ſuum confici poſſet. Hæc autem vis aquæ pani aut vino data, non eſt aliqua qualitas aut entitas poſitiua aquæ, pani vel vino impreſſa: ſed eſt deputatio horum à Deo, vt eſſent materia congrua ſacramentorum baptiſmi & euchariſtiæ. Eſt autem concors omnium catholicorũ doctorum ſententia, quòd materia neceſſaria ad confectionem euchariſtiæ eſt panis, & vinum de vuis vitium expreſſum. *Lect.35.*

☞Sed vtrum omnis panis & vinum ſit apta materia euchariſtiæ: ſunt opiniones doctorum. Sunt qui dicũt quòd ſolus panis triticeus eſt materia apta euchariſtiæ ſub ſpeciebus panis conſe-

crandæ. Ita quòd ſi conſecratio in pane ſpelticeo, ordeaceo, vel ſiligineo attentaretur, nihil fieret. Cuius præcipuam cauſam dicunt eſſe diuinam inſtitutionem, quam ex eo colligũt, quia Chriſtus ſe grano frumenti comparauit. Ioan. 12. Niſi granum fruméti. &c. Frumentum autem vt dicunt, triticum ſignificat. ☞ Alij tenent oppoſitum, dicentes omnem panem vſualem, ſiue de tritico, ſiue de ſpelta ſeu alio grano, vnde vſualiter panis conficitur eſſe materiam aptam: ita vt in illis fieri poteſt conſecratio, dum tamen ſit coctus de grano ariſtæ, quoniam coctus de fabis, lentibus, aut piſis non eſt materia apta. De harum opinionum motiuis latè habes Lect. 35. Cautius itaq; eſt & conſultius vti pane triticeo in conſecratione euchariſtiæ, quia ibi nulla eſt opinio cõtraria, licet opinio prima tenens, quòd in ſolo pane triticeo fiat conſecratio, non ſit ſufficienter fundata, imò fortè nec probabils, vt patet loco allegato. Vtrum etiam omnis panis triticeus ſit conueniens materia, quęſtio eſſe poſſet. Ad quod breuiter dicitur, quòd ſic, ſiue ſit azymus ſiue fermẽtatus, dũmodo tamẽ coctus eſt. Quia paſta non eſt apta materia conſecrationis, quoniam paſta nõ eſt panis, nec aptum hominis nutri-

nutrimentum. Quod autem vterque panis tam azymus quàm fermentatus ſit apta materia cõſecrationis euchariſtiæ, patet: quoniam non differunt ſecunnum ſpeciem, ſed ſolo accidente. Et ſicut indifferẽter ex vino albo & rubeo conficitur (licet Chriſtus in altero tantum confecerit) ita non tãtùm in azymo in quo Chriſtus confecit, ſed etiam in fermentato confici poteſt, nam & Græci verè conficiunt cæteris panibus: qui in fermentato celebrãt: & Romana eccleſia à principio in azymo ad Chriſti imitationem confecit. Orta autem hæreſi Ebionitarum, qui compellebant Chriſtianos per legalium obſeruationem iudaizare: & per hoc aſſerebant non niſi in azymo fieri cõſecrationem: ad huius hæreſis confutationem eccleſia Romana in fermẽtato conſecrauit. Hæreſi autem hac extincta, ad priorem ritum redijt celebrandi in azymo: quẽ & nũc tenet: cui & quilibet Latinus ſe conformare tenetur de neceſsitate: non ſacramenti, ſed conſecrantis: ita quòd ſi ſacerdos nunc in fermentato celebraret: verè quidem conficeret: ſed ſic conficiendo peccaret. De hoc lect. 34. *Lect. 35.*

☞ Sed adhuc dubium eſt, quanti panes & quot, vna conſecratione conſecrari poſſent: ſicut de vino. Ad quod di-

cendū: quod tot & tanti, quot & quanti poſſunt eſſe in proſpectu celebrantis. Non poteſt autem ſacerdos panem abſentem conſecrare, puta celebrans in eccleſia, nō poteſt conſecrare omnem panem exiſtentem in foro, neque vinū in cellario. Tum quia in forma conſecrationis ponitur pronomen demonſtratiuum (hoc) quod non demonſtrat niſi contentum ſub ſpeciebus præſentibus oculis. Tum quia ad conſecrandū requiritur intentio ſacerdotis, quæ feratur ſu per certā materiā quam intendit conſecrare. Hoc autē fieri non poteſt abſente materia. Vnde ſtans in foro, omnes panes ibi exiſtētes in ſuo proſpectu, ad quos dirigeret ſuam intentionem conſecrare poſſet. Dū enim ſacerdos materiam habet præſentē, ad quam determinatè dirigit intentionē cōſecrandi, omnia adſunt ſubſtātialia, quę ad cōficiendā euchariſtiā requiruntur. Ideo fit conſecratio. De hoc lect. 37. Sed circa hæc

Lect. 36 verba: ¶ *Benedixit, fregit, dedit. &c.* dubium quē ordinem Chriſtus obſeruauit, & quibus verbis conſecrauit, & ſunt diuerſæ opiniones doctorū. Nam potuit Chriſtus tanquam Deus conſecrare, & panē in corpus ſuū conuertere, ac vinū in ſanguinē propria virtute diuina, ſine prolatione quorūcunq; verborum:

ſicut

ſicut ſola voluntate cœlum & terrā à principio creauit Potuit etiam proferre quædam verba ſecreta, & ſic benedicendo conſecrare. Potuit & hijs verbis (hoc eſt corpus meum) quibus & nos conſecramus ex ſua inſtitutione, & ipſe conficere. Potuit denique prius confi cere, & poſtea diuidere ac dicere.) Accipite. &c.) aut prius diuidere & poſt tradendo & dicendo: Hoc eſt corpus meum conſecrare. Quod horum autem fecerit non eſt certū ex ſcriptura. Eſt tamen communior opinio, quòd Chriſtus accipiendo panē in manu benedixit conſecrādo hijs verbis: Hoc eſt corpus meum, ac deinde fregit ac dedit diſcipulis dicens: (Accipite & manducate ex hoc omnes) & ſecundum hoc eiſdem verbis conſecrauit quibus & nos: de quo lect. 36. ☞ Et nota quòd inter diſcipulos Chriſti fuit & Iudas, cui etiam domin⁹ tradidit ſacra myſteria, licet eum nouerat indignum, quoniam propter occulta peccata, ſubtrahenda non eſt euchariſtia, dum per hoc ſequeretur manifeſtatio occulti peccatoris. Lect. 37

Nō autē dādo Iudæ panē intinctū, dedit ei corpus ſuum, ſed prius cum alijs dederat, & Iudæ, & poſt communionē dedit panem intinctum, vt dicit Magiſter diſtin. 11. lib. 4. vide de hoc lect. 57.

☞ Sciendum etiam quòd Christus dedit discipulis suis in cœna corpus suum tale quale tunc habuit, id est, mortale. Nos sumimus quale nunc habet, id est, glorioſum & immortale. Et licet corpus Christi sumptum à Discipulis fuerit mortale, non tamen propter hoc fuerat à Discipulis manducantibus discerptum, vulneratum aut læsum, aut in pecias comminutum, quia vt in sacramento non est attingibile ab agente materiali, agente per cõtactum, quia non est ibi quantitatiuè qui modus existendi requiritur in passo, vt suscipere possit actionem causæ materialis. De hoc Lect. 37. ☞ Est etiam communis doctorum sententia, quòd Christus primò participauit de hoc sacramento sumendo sub specie panis corpus suum, & bibendo sub specie vini sanguinem proprium. Sicut & circunciſionem accepit & baptismum, nõ necessitate purgationis, sed vt institutor nouæ legis & sacramentorum, vt prior legem, qua non ligabatur seruaret, in exemplum eorum quibus legem dedit: vt essent ad obseruandum eam promptiores, & cõtemnentes essent inexcusabiles: sicque semper prius faceret, & deinde doceret: iuxta Lucam in actibus. De quo lec. 38.

☞ Circa gestus in prolatione huius clau-

clauſulæ ſeruandos, nota quod mos & rubrica Romani ordinarij habet, quòd ſacerdos dicens hæc verba (Qui pridie) pollices & indices vtriuſque manus ducat ſuper pallam altaris, tergens eos, licet eoſdem ante Canonis inceptionem latuerit, ad deſignandum quòd ſacrificium non niſi mundis manibus nullo pollutis vitio, debet venerabiliter ac cum ſumma reuerentia contrectari. Ea propter & epiſcopus ordinans manus ſacerdotum chriſmate vngit & ſanctificat, vt dignè ſacratis manibus tractent hoſtiam ſalutarem. Non autē hoc fit ne corpus Chriſti ſub ſpeciebus ſacramentalibus tangendum corporali immunditia manuum polluatur, quoniam non ipſum corpus ſed ſpecies panis digitis continguntur: cùm vt ſupra dictum eſt corpus non eſt ſub ſpeciebus eo modo, ſcilicet quantitatiuo quo tangi poteſt, ſed fit ad excitationem reuerentiæ ſpiritualis, quam corporalis munditia præfigurat. ☞ Terſis autem digitis: hoſtiam de palla ſumit in manus, exemplo Chriſti qui panem accepit in manus ſuas ipſum conſecraturus: dans ſacerdotibus exemplum ſimiliter faciendi.

Caueat tamen ſacerdos ne hoſtiam multum eleuet ante conſecrationem,

ne circumſtans à latere populus, hoſtiam nondum conſecratam, vt vulgo dicitur adoret. Vnde culpandus eſt mos ille ſacerdotum, qui dum panem de altari in manus accipere volunt, prius coram pane genu flectunt aut inclinant, cum tamen ibi nondum ſit adorandum corpus Chriſti propter vnitam deitatem: ſed tantum panis, per ſequentia verba in corpus Chriſti conuertendus. ☞ Deinde facit duas cruces ſeparatim, vnam ſuper panem in verbo: Corpus, aliam ſuper calicem in verbo: Sanguis. Tum vt materia panis & vini ſanctificetur, (nam cruce Chriſti omnia ſanctificantur,) tum ad repræſentandum inſtitutionem huius ſacramenti in materia panis & vini, qua præſignabatur paſsio Chriſti. Vel ad ſignificandum, quòd Chriſtus paſſus eſt in corpore ſimul & in anima, ideo vna crux ſignatur ſuper panem in corpus Chriſti conuertendum: Alia ſuper vinum in Chriſti ſanguinem trāſmutandum. In ſanguine autem ſedes eſt animæ, ſicut ſcriptū eſt: Anima carnis in ſanguine eſt. Leuit. 17.

TEXTVS.

quod ſub iſtis ſpeciebus in fine prolationis horum verborum continetur.

HOc eſt enim verum & naturale ex Virgine genitum. Lect. 38.

corpus meum.

☞ Præmiſſa ſacramenti inſtitutione quantum ad tempus & materiam, modum, finem & rationem motiuam facta à Chriſto, ſubditur verborum forma, quibus perficitur ipſa conſecratio. Vbi primò aduertendum quod multum refert loqui de forma conſecrationis euchariſtiæ, & de forma ſacramenti euchariſtiæ. Nam nulla verba ſunt forma ſacramenti euchariſtiæ. Forma enim ſacramenti eſt pars ſacramenti, nulla autem verba ſunt partes ſacramenti euchariſtiæ. Nam euchariſtia ſiue ſacramentum euchariſtiæ, quod idē eſt: eſt ſpecies panis & vini, ſub quibus continentur corpus & ſanguis Chriſti. Species autē illæ, ſunt res permanentes: verba verò ſunt res ſucceſsiuæ: quorū eſſe cōſiſtit in quodam fluxu & fieri: quæ non poſſunt eſſe partes rei permanentis. Verba autem dicuntur forma, conſecrationis ſecun-

dum conſtructionem intranſitiuam, id eſt, forma quæ eſt conſecratio. Cùm enim in ſacramentis ponimus materiam & formam, non accipiuntur materia & forma pro partibus cõpoſiti ſubſtantialis, neque pro ſubiecto & aliquo ſibi inhærente, ſiue ſubſtantia ſiue accidente. Sed quia in ſacramentis alijs ab euchariſtia, concurrunt aliquæ res materiales ſenſibiles, vt aqua in baptiſmate oleũ in vnctione, & etiam quædam verba in adminiſtratione ſacramenti proferenda. Res materiales dicuntur materia, & verba dicuntur forma: vt in baptiſmate aqua dicitur materia: & hæc verba: Ego te baptizo, &cæt. Forma, licet aqua non ſit ſubiectum horum verborum ſed aër fractus in ore. Nec ex aqua & verbis conſtituitur aliquod vnum, cuius ſint partes eſſentiales componentes. Et ſic in conſecrationes euchariſtiæ requiritur panis & vinum cõſecrandi, & verba quibus fit conſecratio. Et ſic panis & vinum dicuntur materia conſecrationis, verba verò forma: quæ tamen verba realiter ſunt ipſa conſecratio: quoniam conſecratio nihil aliud eſt niſi prolatio verborum, ſiue verba prolata, quibus ſit conuerſio panis in corpus, & vini in ſanguinem Chriſti. Item quando incipit

eſſe

eſſe euchariſtia iam verba ſunt finita: vt patebit, & ita tunc non ſunt. Quod vero non eſt, non eſt pars exiſtentis. Vnde manifeſtum eſt quod verba non ſunt forma neq; partes euchariſtiæ. Si queris: Quæ ergo eſt forma euchariſtiæ? Dicendum quod euchariſtia eſt quædam forma, ſcilicet ſpecies ſiue accidentia panis & vini, quæ per ſe ſtant & in nullo ſubiecto recipiuntur: ideo non eſt ibi aſsignare formam præter ſpecies, nec ibi eſt aliqua materia. Nam ſolæ iſtæ ſpecies conſtituunt ſacramentum euchariſtiæ. Quia tamen ſpecies illæ ſunt ſacramentum, ideo ſunt ſigna rei contentæ: propter quod nonnulli dicunt quod ipſa ſignificatio ſpecierum ſit forma euchariſtiæ: & ſpecies ipſæ velut materia. Verùm quia ſignificatio non diſtinguitur à ſigno ſignificante, ſecundum probabilẽ opinionem: Ideo ſecundũ meam non erit diſtinctio inter formam & materiam euchariſtiæ: eò quòd ſolæ ſpecies ſunt euchariſtia. ☞ Conſequenter ergo loquendo de forma conſecrationis, eſt hæc catholica veritas, quod hæ quatuor dictiones: Hoc eſt corpus meum, ſunt forma conſecrationis. His enim verbis conficitur euchariſtia, hoc eſt, ad prolationem horum verborum ſubſtantia panis conuer-

uertitur in verum corpus Christi. Ita quod in primo instanti non esse verborum, quando iam perfectè finita sunt: desinit esse substantia panis, & incipit esse corpus Christi sub eisdem accidentibus seu speciebus, sub quib⁹ fuit substantia panis. Et hoc verum, si verba proferuntur à sacerdote intentione cõsecrandi super debitã materiam: Quod autem additur (enim) ex institutione ecclesiæ factum est, propter connexionem formæ ad præcedentia: quæ coniunctio, enim, nõ est de necessitate consecrationis, quia ea dimissa nihilominus fieret consecratio: licet sacerdos ex proposito omittens peccaret mortaliter. Tenetur enim se conformare ordinationi ecclesiæ. Quæcunque autem dictio ex his quatuor. Hoc, est, corpus, meum, siue ex proposito, siue inaduertenter omitteretur, non fieret consecratio. Et de hoc late lecti. 38. ☞ Sed quid si cætera verba precedentia omitterentur? Respondetur, licet hic Scotus sit alterius opinionis, tamẽ hoc cõmuniter tenẽt doct. ꝙ hæc quatuor sola sufficiunt ad effectũ cõsecrationis. Vnde si sacerdos intentione cõsecrandi hæc sola quatuor verba super debitã materiam proferret, omnibus præcedentibus & sequẽtibus omissis verè cõsecraret: licet

sic

ſic conſecrãdo grauiter peccaret: de quo in dicta lec.; § ☞Si quæritur, quid ſi his verbis alia verba addantur aut mutẽtur per tranſpoſitionem aut aliorum æquiualentium poſitionem? Reſpõdetur breuiter, quod dupliciter poteſt fieri mutatio verborum: aut ſic quòd non obſtante illa mutatione manet omnino idem ſenſus verborũ in animo audientis: & verborum ſignificatio in animo intelligentis ſecundum vſus accõmodationem, vt loquitur Alexand. de Ales: vt ſi loco illorũ ponerẽtur alia eis ſynonyma: Puta loco Latinorum, Græca, Hebraica, aut vulgaria eis correſpondentia. Sic non impediretur conſecratio: patet, quia Græci ſuis verbis conſecrant, & Chriſtus & apoſtoli verbis Hebraicis conſecrarunt. Similiter ſi per additionem alicuius verbi in principio, medio, aut fine, vel tranſpoſitionem, non mutatur ſenſus, non impeditur conſecratio. Si verò per mutationem mutatur ſenſus orationis, nõ fit conſecratio.

Et dicitur notanter, ſi loco illorum ponantur verba ſynonyma, quoniam ſi ponerentur alia conuertibilia, generaliora, vel ſpecialiora, ſuperiora vel inferiora, aut diſperata, non fieret conſecratio. Vt ſi dicerem:

hoc

hoc eſt caro mea, vel hoc eſt ſubſtantia mea, ſiue hoc eſt ſeptupedale meum, aut hoc eſt corpus Chriſti, & ſic de alijs multis. Dicitur etiam ſecundum vſus accommodationē: quoniam ſi quis ex ignorantia aut linguæ lapſu diceret hoc eſt corpus meus, vel hoc eſt corpum meum, licet verba hæc ſecundum inſtitutionem non habēt eundem ſenſum, eò quòd corpum nihil ſignificet: tamē accommodato vſu loquendi, audiens idem concipetet per illas: hoc eſt corpus meum, & hoc eſt corpus meus. Et quod dictum eſt, veritatem habet dummodo huiuſmodi variatio non fit cauſa introducendæ hæreſis aut erroris: quoniam quæcunque variatio fieret, etiam per terminos ſynonymos. hac de cauſa non fieret cōſecratio, quia ſic ſemper variatur debita conſecrantis intentio. Et de hoc latius Lect. 38. prope finem. ☞ Solet etiam hoc quæri de efficacia formæ, hoc eſt, quid fiat per prolationem ſiue conſecrationem huius formæ ritè prolatæ. Ad hoc breuiter reſpondetur, quod his verbis ritè prolatis, i. à miniſtro idoneo, debita intentione & ſuper conueniente materia tranſubſtātiatur panis ſubſtantia, ſiue conuertitur in verum corpus Chriſti, ſumptum de virgine, tale quale eſt in

Lect. 39

ſua

ſua naturali conſiſtentia. Hæc reſponſio & articulus fidei à Chriſto rauelatus, ab Euangeliſtis deſcriptus, ab Apoſtolis creditus, à Paulo prædicatus, ab vniuerſali eccleſia approbatus. Dicitur ritè, quia ſi deficeret aliquid aliorum de neceſsitate ad cõſecrationem requiſitorum, tunc nihil fieret. ☞ Dicitur tranſſubſtantiatur vel cõuertitur, quia his verbis prolatis in primo non eſſe verborum, deſinit eſſe panis ſecundum ſe, & totum ſui, id eſt ſecundum materiam & formam, manentibus tamen accidentibus, colore, ſapore, & qualitatibus primis, & ſub eiſdem accidentibus incipit eſſe verum corpus Chriſti. Et quia mutatio illa eſt ſubſtantialis, quia ſubſtantiarum quarum vna deſinit ſimpliciter puta panis, alia ſcilicet corpus Chriſti non incipit eſſe ſimpliciter, quia prius fuit: licet inciperet eſſe de nouo ſi prius non fuiſſet: ſed incipit eſſe ibi, vbi prius non fuit: ſcilicet ſub accidentibus ſub quibus fuit panis. Et ſic eſt ibi tranſitus ſubſtantiarum, ideò dicitur tranſſubſtantiatio: quaſi vnius ſubſtantiæ in aliam verſio, quæ verſio nihil aliud dicit, niſi vnius deſitionem, ſcilicet panis, & alterius inceptionem quantũ ad eſſe in loco, ſiue ſub ſpeciebus in quo, & ſub quibus fuit ſubſtãtia pa- *Leff. 40*

panis. Non ergo in hac conuerſione ſubſtantia panis fit corpus Chriſti: nihil enim nouum additur corpori Chriſti, nec corpus Chriſti ſubſtantialiter mutatur: licet ſubſtantialiter ſuccedat: & per hoc vnum conuerti in aliud, non eſt vnum fieri aliud, ſed (vt dictum eſt) eſt vnum ſuccedere alteri, ad intellectum præmiſſum. De hoc latius Lect. 40. Dicitur in verum corpus Chriſti, quia non in animam, nec in ſanguinem, neque in deitatem, quamuis ibi verè ſit deitas, ſanguis & anima. Illa enim ſunt ibi, non per conuerſionem, ſed per modum concomitantiæ, vt ſtatim dicetur. Dicitur quale eſt in ſua conſiſtentia naturali, nam per iſtam conuerſionem ibi eſt corpus Chriſti, eo modo quo eſt extra ſacramentum, quantum ad ſibi inhærentia. Vnde ſi extra non eſſet viuum, ſicut in triduo mortis, etiam ſub hoſtia non eſſet viuum: ſic ſi extra eſſet à ſanguine aut à deitate ſeparatum, ſolum corpus eſſet ſub hoſtia ſine anima, ſanguine & deitate. Vnde illud dicitur eſſe ibi ex vi conuerſionis, quod eſſet ibi facta conuerſione ſiue conſecratione, qualitercunque ſe haberet in ſubſtantia naturali. Vnde patet quòd corpus in quod conuertitur panis ſubſtantia, nihil aliud eſt

Lect.41.

ud eſt quàm illud quod per animam Chriſti viuificatur: quod idem fuit numero in Chriſto viuente & mortuo, in ſepulchro, in cruce, & in cœlo: ſiue ſit materia prima, ſiue materia formata aliqua forma præuia formæ vitali: ſermo aliquorum, quam tamen non credo veram. ☞ Et quia nunc de facto corpus Chriſti in ſua naturali conſiſtentia, puta in cœlo eſt viuum, immortale, glorioſum, habens animam & ſanguinem, ideo corpus Chriſti eſt in ſacramento vi conuerſionis. Prædicta verò concomitanter, & eſt ibi viuum, immortale, glorioſum, habens animam & ſanguinem, & ita dicitur ibi eſſe anima, non ex conuerſione, ſed ex concomitantia. ☞ Fit autem hæc conuerſio non virtute aliqua creata, ſed virtute increata diuina, aſsiſtente ſuo ſigno, ſcilicet verbis conſecrationis ritè prolatis, ex pactione diuina. Pactum enim fecit Chriſtus cum eccleſia per diſcipulos repræſentata, quod ad prolationem horum verborum ipſe vult aſsiſtere, & panem in corpus ſuum conuertere. ☞ Eſt ergo in ſacramento euchariſtiæ Chriſtus totus, id eſt, ſecundum humanam naturam & diuinam, & ſecundum omnes partes humanę naturæ eſſentiales: inte-

Lect. 42

Lect. 43

integrales & organicas cum ſingularũ proprietatibus & qualitatibus, tam ſpiritualibus virtutibus & gratia, quàm corporalibus quibus nunc perficitur in cœlo. Non tamen eſt ibi circumſcriptiuè ſeu localiter: vt puta pars in parte, & totum in toto: ſed diffinitiuè quomodo anima eſſe dicitur in corpore, quia totus in toto, & totus ſub qualibet parte hoſtiæ: ſine tamen partium confuſione: ſed manente perfecta earum diſtinctione: nõ quidem locali: quia omnes partes ſimul ſunt reſpectu cuiuſcunq; partis hoſtiæ & locis circumſtãtis: ſed reali, per quam vna non eſt alia. De quo Lect. 43. ☞ Et ſicut eſt totus Chriſtus ſub qualibet particula hoſtiæ, ita eſt totus ſub diuerſis hoſtijs conſecratis, ſine locali motu de vna ad aliam, per aërem medium: ſicut nec mouetur de cœlo per aërem, & elementa media deſcendendo ad hoſtiam tempore conſecrationis: ſed manens in cœlo de nouo incipit eſſe ſub hoſtia, non per motum localem, ſed per cõuerſionem panis in ipſum virtute diuina, ad prolationem legitimam verborum conſecrationis. Sic manens in vna hoſtia conſecrata, incipit eſſe in alia, ſine locali motione qua relinquat priorem, licet de nouo incipiat habere locũ poſteriorem

Lect. 44

rem. De quo Lect. 45.

Accidentia autem panis virtute diuina conſeruantur eadem numero ſine ſubiecto. Quæ etiam agunt & patiuntur, corrumpuntur & generantur teſte experiẽtia per omnia, ac ſi eſſent in ſubiecto. Nam hoſtia infrigidatur, calefit, humectatur, exiccatur, color mutatur, &c. poſt conuerſionem deſinente pane ſicut ante, dum ſubſiſtebant in pane. Agente hoc diuina virtute, ne experientia ſumatur de præſentia corporis Chriſti, per quam euacuaretur meritum fidei. *Lect.* 45

☞ Vtrum autem illæ mutationes fiant virtute naturali, eſt problema neutrum pro vtraque parte probabile. Vnde poteſt dici quòd ſola virtute diuina omnia illa fiant extra ſubiectum, quæ fierent naturali virtute ſi adhuc ibi eſſet ſubiectum: quia agens naturale præſupponit in ſua actione ſubiectum: poteſt etiam dici quod illę actiones & paſsiones circa ſpecies ſacramẽtales apparantes fiunt à cauſis naturalibus: & licet illæ nõ agant niſi in ſubiecto præſuppoſito, nullo concurrente miraculo, ſecus tamen ſi præcedit vel concomitatur miraculum, ſicut in propoſito, quia præcedit miraculum, quo accidentia ſunt ſine ſubiecto: & comitatur quo

ad

ad accidentia de nouo generata: ideo potest agens naturale producere effectus suos licet non sit subiectum recipiens. Et licet maneant accidentia panis, non tamen afficiunt corpus Christi sub eis existens: quia ei non inhærent, nec ipsum denominant. Non enim corpus Christi est album albedine apparente, aut calidum aut frigidum, &c cæt. sed qualificatur suis accidentibus, quibus qualificatur in naturali consistentia in cœlo: licet illa à suis actionibus & passionibus suspendãtur, aut virtute corporis glorificati, aut virtute diuina: eadem ratione qua supra: ne experientia sumatur de præsentia corporis Christi. Aut suspenduntur à suis actionibus propter modum existendi sub sacramento. Existunt enim ibi non quantitatiuè. Ad actionem verò & passionem materialem requiritur, quod tã agentia quàm patientia corporalia, sint in subiectis suis & locis quantitatiuè & descriptiuè secundum opinionem multorum. Et de hoc latè lectione. 45.

Lect. 48 His itaque præmissis, redeamus ad formam consecrationis, inquirendo quid significent termini eius, & an vera sit vel falsa. Vbi videtur sentire Innocentius in libro de officio Missæ: parte 3. c. 6.

3 c.6.& 9.quod verba illa: Hoc eſt corpus meum, non proferuntur à ſacerdote ſignificatiuè, ſed recitatiuè, vt à Chriſto dicta, quod eſt dicere, quòd illa oratio: Hoc eſt corpus meum, accipitur materialiter: ad quã ſuppoſitionẽ materialem reſtringuntur per participium, (dicens) Sicut cùm dico: Chriſtus loquebatur ad Petrum, dicens: Tu es Petrus, &c. Vbi hæc oratio: Tu es Petrus accipitur materialiter. Non enim hoc dicens aliud intendo dicere, niſi quòd Chriſtus dixit hanc orationem: Tu es Petrus. Sic ſacerdos in hoc loco canonis refert facta & verba Chriſti, & ideo dicendo: Hoc eſt corpus meum, nihil aliud vult dicere, niſi quòd Chriſtus accipiens panem in ſuas manus, dixit hanc orationem: Hoc eſt corpus meum. Et ſecundum hoc nihil demonſtratur per (Hoc) & (meum) & nihil ſignificatur per (eſt) & (corpus.) Et ex conſequenti (hoc eſt corpus meum) non eſt oratio nec propoſitio, nec vera nec falſa, ſed ſimplex terminus materialiter tentus: licet vſu loquendi dicatur oratio. Et nihilominus eſt conſecratiua, id eſt, ad talem prolationem fit conſecratio, & cõuerſio panis in corpus Chriſti. Nec eſt conſecratiua, vt vera vel falſa, ſed vt inſti-

inſtituta à Chriſto, vt ſit forma conſecrationis. Poteſt enim Chriſtus virtute diuina quodcunque ſignum inſtituere: & ſe determinare quod ad exhibitionē huius ſigni velit conuertere panem in ſuum corpus, & vinum in ſanguinem. Nam hoc ipſum facere poſſet nullo ſigno ad hoc impoſito. Et hic modus faciliter euadit omnes difficultates quæ moueri ſolent de veritate huius orationis, & de eo quid demonſtret, (hoc.) Et quod tempus importet (eſt.)

☞ Quod etiam difficilius eſt ſaluare in forma ſanguinis, vbi ponitur verbum præſentis temporis (eſt) & futuri temporis (effundetur.) Quòd ſi importat ſecundum ſuam ſignificationem tēpus futurum, eſt manifeſtè falſa, cùm ſanguis non effundetur, ſed effuſus eſt. Illam opinionem etiam tenet Gloſſa in Capitulo: Qui ſcelerate, de conſecra. diſtin. 2. Et videtur multùm probabilis: & vt dictum eſt facilis, licet Alexand. de Ales: & B. Tho. & alij communiter eam non ſequantur.

☞ Eſt ergo alia opinio, quòd oratio de qua ſermo accipitur ſignificatiuè: & tunc difficultas eſt quid demonſtret (hoc.) Et quod tempus importet (eſt) De alijs duobus terminis, ſcilicet corpus meum, dubium non eſt, quin impor-

portent corpus Christi. De primo dicendū est, quòd (Hoc) demōstrat illud, quod per idem pronomen demonstrauit Christus, in cœna vltima proferens hanc orationem: Accipite & manducate: Hoc ast corpus meum. Vnde sine ambiguitate dicendum, quòd (Hoc) demonstrat non panem nec species eius, sed verum corpus Christi, quod est sub speciebus in fine orationis: quia cum hæc oratio: Hoc est corpus meum, sit propositio affirmatiua, necesse est q extrema supponant pro eodem, vt sit vera. Prædicatum autem supponit provero corpore Christi, scilicet: Corpus meum. Loquitur enim sacerdos hanc orationem, non in persona sua, sed in persona Christi. Ergo et subiectū scilicet (hoc) supponit pro eodem, demonstrat ergo corpus Christi. Et sic dic corpus Christi nondum est ibi, quando profertur (hoc) & per consequens non demonstratur per (hoc) quia (hoc) demonstrat illud quod ibi est tempore suæ prolationis, & tunc adhuc est ibi panis, quoniam durante oratione illa non est ibi corpus Christi, sed tantum in primo instanti nō esse orationis, scilicet completa vltima syllaba orationis, est ibi corpus Christi. Nā primum non esse verborum, est primū esse cor-

poris Christi sub illis speciebus. Ad quod dicendum, quòd (hoc) demonstrat corpus Christi in ordine ad copulam (est) & ergo sufficit, quòd corpus Christi est ibi, pro aliqua parte temporis importati per (est.)

☞ Restat ergo difficultas quod tempus importat (est.) Ad quod breuiter dicendum, quòd (est) non importat tantum tempus coëxistens suæ prolationi, sed maius tempus. Nam (est) importat tempus præsens: & omne tempus includens ptæsens, nunc dicitur præsens: sicut preſens hora, preſens dies, præsens annus. Vnde (est) in hac oratione importat totum tempus prolationis perfectæ orationis huius: Hoc est corpus meum, quod includit primum instans nō esſe orationis: quia ante hoc instans non est perfecta orationis prolatio: & pro illo instanti est ibi corpus Christi. Vnde est sensus: Hoc quod est sub speciebus panis post completam prolationem huius orationis, est corpus Christi. Et sic oratio est vera, quoniam illud quod ibi est in primo non esſe verborum, non solum tunc in illo instanti, sed etiam nunc in instanti prolationis verbi (est) vel pronominis (hoc) imò ante prolationem, est corpus

corpus Christi. Et hæc sufficiant pro intellectu horum verborum, de quo latius lectione quadragesima octaua.
Et si dicis, vtiq; sacerdos ab illa parte: Qui pridie, loquitur in persona sua, recitans facta Christi, vsque (dicens:) & ibi recitat verba Christi, exprimit enim Christum dixisse: quæro quid? & id quod respondebis eum dixisse, recitatur vt verbum Christi, & per consequens stabit materialiter. Solutio secundum hanc opinionem. Sacerdos in persona sua recitat facta Christi, cum dicit: Qui pridie quam pateretur: ideo loquitur de Christo in tertia persona.
Similiter cum subdit dicens, recitat verba Christi, illa scilicet: Accipite & manducate ex hoc omnes. Et tunc quantum ad sequentia verba induit personam Christi, tanquam eius procurator & vicarius, ad hoc officium per eum institutus, & hæc sequentia verba, tanquam ex persona Christi significatiuè profert: ea significatione qua Christus ea in cœna protulit: Ideo post illa verba: Accipite & manducate ex hoc omnes, quæ sacerdos protulit recitatiuè in persona sua, punctum faciat, siue pausam: & mutans personam suam assumat personam Christi, in qua dicat: Hoc est corpus meum, & tunc

ſignificatiue loquatur: ita vt hoc, & meum, demõſtrẽt corpus eius in cuius perſona loquitur, ſcilicet Chriſti. Et poſtquã cõpleuit orationẽ illã: Hoc eſt corpus meum: iterum mutat perſonã. Et in ſua perſona recitat factum Chriſti, cũ dicit: Simili modo poſtquã cœnatũ eſt, & verba cætera proſequitur vſque: Dedit diſcipulis ſuis dicens: Accipite & bibite ex eo oẽs. Et tunc iterum mutat perſonam ſuã, aſſumens perſonã Chriſti in his verbis: Hic eſt enim calix ſanguinis mei, &c. vſque ad (Vnde & memores domine) & tunc reaſſumit perſonam ſuam & Eccleſiæ, vt infra dicetur, & tantum de illo. ☞ Sed nunc pauca ſubiungãtur de conuenienti expreſsione huius conuerſionis, de qua latius tractatur lect. 49. Vbi breuiter repetendum, quòd conſecratione ritè facta in primo inſtanti non eſſe verborũ conſecrationis, definit eſſe panis ſecundum ſe, & quodlibet ſui, ita ꝙ nihil quod eſt de ſubſtantia panis manet, nec materia, nec forma, nec partes integrales, ſed totum definit eſſe, ſolis accidentibus panis manentibus, & ſuccedit corpus Chriſti ſub eiſdẽ accidentibus, id eſt, ibi incipit eſſe verum corpus Chriſti, vbi prius fuit ſubſtantia panis. Sic de vino reſpectu ſanguinis Chriſti.

Vnde

Vnde qualitercunque formentur propoſitiones in hac materia ad ſignificandum hanc conuerſionem, niſi prædictus intellectus accipiatur, falſæ ſunt de rigore verborum: & vt ſaluentur in veritate, ad hunc qui dictus eſt intellectum ſunt reducendæ. Vnde patet primo, quòd omnis propoſitio in qua panis aut vinū, & corpus aut ſanguis exprimuntur in recto, eſt ſimpliciter falſa. Nam omnis talis ſignificat panem aut vinum aliquando eſſe, fuiſſe, aut futurum eſſe, vel poſſe eſſe corpus aut ſanguinem Chriſti: quod ſimpliciter falſum eſt: quia in illa conuerſione nihil panis aut vini additur aut intrat corpus Chriſti, nec corpus Chriſti de nouo generatur aut ſubſtantialiter mutatur: duntaxat ipſum corpus præexiſtens incipit ibi eſſe de nouo, vbi prius fuit panis. Simili modo de ſanguine: vnde patet quòd omnes illæ falſæ ſunt: Panis eſt corpus Chriſti, panis fuit, erit vel poteſt eſſe corpus Chriſti, panis fit corpus Chriſti: ſic de vino & ſanguine. Et ſancti tales aliquando concedentes concedunt eas non ſecundum ſermonis proprietatem, ſed ad ſenſum priorem. Secundo dicitur: Si in propoſitione exprimente huiuſmodi conuerſionem panis & vinum exprimuntur in

obliquo cum præpoſitione ex, vel de, & corpus Chriſti in recto, oratio eſt vera, ſi ex, vel de, importat ordinem, non autem ſi importat circumſtantiam cauſæ materialis, vnde illæ concedendæ ſunt: Ex pane fit corpus Chriſti, de pane fit corpus Chriſti, prout tãtum valent. i poſt deſitionem panis, incipit eſſe corpus Chriſti. Non aũt vera eſt, ſi denotatur hic communis materia. i. quòd in materia panis incipit eſſe forma corporis Chriſti, quo modo illa conceditur: Ex auro fit cyphus, hoc eſt, in materia auri introducitur forma cyphi. Tertiò, dicitur quòd vera & propria eſt propoſitio, in qua corpus Chriſti exprimitur in accuſatiuo cũ præpoſitione in, & panis aut vinum in nominatiuo, vt cũ dicitur: Panis cõuertitur, tranſit aut ſubſtantiatur in corpus Chriſti, quia per hanc expreſsius importatur veritas conuerſionis ſupra expreſſa, ſcilicet quòd panis deſinit eſſe, & ſub eius ſpeciebus incipit eſſe corpus Chriſti. Quarto dicitur, ꝙ idem dicendum eſt dẽ propoſitionibus, in quibus tam panis quàm corpus Chriſti exprimuntur in accuſatiuo ſine præpoſitione, quod dictũ eſt, dũ exprimuntur in nominatiuo: vnde idẽ valet, panẽ poſsibile eſt eſſe corpus Chriſti, & panis poteſt

eſſe

esse corpus Christi, panem esse corpus Christi est possibile aut verum: & tantum de illo. Et quoniam sub speciebus panis & vini est verum corpus Christi, an materia & Deitas non separata, sed coniuncta & vnita, id est, totus Christus verus Deus & homo: ideo adorandus est in sacramento totus Christus adoratione latriæ, quæ soli Deo debetur. Nō autem humanitas vt separata, quia humanitas non est Deus, sed creatura. Est autem adoratio latria, conuersio animi ad id quod adoratur tanquam ad summum & vniuersale principium omnium productiuum & gubernatiuum, in quem vt in finem vltimum & simpliciter optimum omnia sunt referenda. Hæc autem conuersio mentis ad Christum in Sacramento contentum fit per actus fidei, spei, & charitatis, qua id quod in sacramento continetur, creditur, desideratur, & diligitur vt summum bonum: à quo, per quem, & in quo sunt omnia creata, gubernata, & in finem relata. Nam ad hoc statim facta consecratione ostenditur sacramentum populo, tam panis quàm vini in calice: vt sic ab omnibus circumstantibus adoretur.

Et quamuis in actibus intellectus & voluntatis prædictis principaliter

conſiſtat adoratio, hæc tamen per ſigna exteriora deſignantur, vt inclinatione, proſtratione, capitis nudatione, manuum eleuatione, & complicatione, & huiuſmodi, quibus reuerentia exhibetur adorando. Et quamuis hæc exteriora ſigna æquè exhibeantur creatori & creaturæ (nã flectimus genua Deo, flectimus etiam creaturæ, vt Papæ, principi, epiſcopo) non tamen per hęc exteriora proteſtamur eandem adorationis interioris reuerentiã, nec idẽ mente intendimus: non enim genu flectimus coram Papa tanquã corã ſummo bono, & vniuerſali principio cœli & terrę, & omniũ in his degentium: ſed tanquam eius vicario ſupremum locum inter rectores hominũ à Deo cõſtitutos obtinente, & ſimili modo de alijs. Et ideo vbi fieri poteſt, dignũ eſt ſeruare diſtinctionem aliquã in ſignis exterioribus, verbis & geſtibus. Et quoniã ſacerdos populum circumſtantẽ gradu excedit & officio, dignũ eſt vt ipſe prior adoret. Vnde celebrãs prolatis verbis cõſecrationis, humiliter ſe inclinet, ac præſentẽ in ſacramẽto Chriſtũ deuotiſsimè adoret, non vocali ſono, ſed corde ſurſum acto: hæc vel ſimilia meditando: Adoro te precioſum redemptionis noſtrę precium, hoſtia pacifica, quæ ſola odoris tui ſuauita-

uitate inæſtimabili, patrem cœleſtem qui in altis habitat, ad reſpiciendum humilia inclinaſti, ac filijs iræ placabilem reddidiſti.

Eleuando vero, hæc cogitare poterit: Reſpice Domine ſancte pater de ſanctuario tuo, & de excelſo cœlorum habitaculo, & intuere hanc ſacroſanctam hoſtiam, quam tibi offert magnus pontifex noſter, ſanctus puer tuus Dominus Ieſus pro peccatis fratrum ſuorum, & eſto placabilis ſuper multitudine maliciæ noſtræ. Et ſic humiliter & deuotè deponat oblatam, ponens in loco ſuo pallæ mundiſsimæ corporalis.

☞ Verum quia non poteſt eſſe euidens certitudo, neque celebranti, neque populo circumſtanti de conuerſione panis in corpus Chriſti, propter defectum aliquem impedientem, & contingere potentem: vt quia forte celebrans nõ eſt ſacerdos, ſiquidem nullus celebrans poteſt euidenter ſcire ſe eſſe ſacerdotẽ, quia non poteſt euidenter ſcire ſe fore baptizatum aut legitimè ordinatum: ſimiliter propter defectum alicuius neceſſariò requiſiti ad conſecrandũ, vt puta debitæ intentionis, aut errorem cõmiſſum in forma vel materia, & multò minus circũſtantes ſcire poſſunt infallibiliter ſub hoſtia fore Chriſtum

ſtū, ideo adoratio fieri debet ſub cōditione habituali tacita vel actuali expreſſa, tali ſcilicet, ſi ſeruata ſint omnia ad conſecrationem neceſſaria. Et ſufficit conditio habitualis: ita quòd ſi noſſet commiſſum errorem, nollet adorare. Tali enim mētis præparatione ſtante, ſi quis ſimpliciter adoret, & hoc actu non cogitet: idololatriam non committit: etiam ſi conſecratio facta non eſſet, propter errorem aliquem commiſſum. Sacerdos verò grauiſsimè peccaret, ſi hoſtiam non conſecratam populo adorandam oſtenderet ad communem intellectum: quia quantum in eo eſt, occaſionem præſtat idololatriæ, offerendo populo puram creaturā tanquam Deum adorandam.

TEXTVS.

ſicut in conſecratione panis, quantum ad cauſam, virtutem, & geſtus conformitatem.

SImili modo ſcilicet luna 14. vt ſupra. poſtquàm cœnatum eſt, Accipiens eun-

eundem nomine non numerali identitate

non figuralem, ſed veri ſacrificij contentum, ideo figu-

& hunc præclarum

ralibus ſacrificijs clariorem.

quia diuinas omnia ſanctificãtes.

calicem in ſanctas ac ve

ſumma veneratione colendas propter vnionem hypoſtaticam naturæ diuinæ.

nerabiles manus ſuas,

patri omnipotenti, à quo habet omnia, naturam, potentiam, auctoritatem &c.

Item tibi gratias agens,

conſecrando & conuertendo in ſanguinem.

porrexit

bene ✠ dixit, dedit diſ-

iam in ſacerdotes ordinatis vt ſupra.

cipulis ſuis, dicens:

in officium conſecrandi & diſpenſandi.

ad incorporationẽ mihi, & augmentũ cœleſtis deſiderij.

Accipite & bibite ex

ſine perſonarum acceptione, ſed non ſine meritorum

calice diſcretione.

eo omnes.

☞Determinata conſecrationis forma, qua panis in corpus Chriſti conuertitur, ſequitur altera pars eiuſdem formæ, qua vinum in ſanguinem eiuſdem Chriſti tranſſubſtãtiatur. Et primo tãgitur modus inſtitutionis huius ſacroſanctæ conuerſionis. Secundò ſubditur forma conſecrationis ibi: Hic eſt enim calix. Tertiò additur commiſsio frequentandæ huius ſacramentalis oblationis cum dicitur: Hęc quotieſcunque. In prima parte primo deſcribitur inſtitutionis tempus & hora. Deinde huius conuerſionis debita materia, cum additur: (Accipiens & hunc præclarum calicem.) Tertio ponitur conuerſionis modus & circumſtantia, cum infert: Item tibi gratias agens. Circa primum dicit, ſimili modo quantum ad cauſam, virtutẽ, & operationis conformitatem, nã eadẽ charitate, potẽtia, & geſtuũ ſimilitudine, qua panẽ conſecrauit, conſecrauit & vinũ: illũ cõuertendo in corpus ſuum, hunc in ſanguinẽ, poſtquam cœnatum eſt à Chriſto & diſcipulis vtraque cœna: agni ſcilicet paſchalis figura-

figuralis & typici: atque participatione agni veri prefigurati corporis Christi, in quo notatur hora qua dominꝰ ſanguiné ſuum conſecrauit. ¶ *Accipiens hũc præclarum calicem.*) præclarum, id eſt præ alijs clarum, non modo figuralem & nubilum vel ſignum tantum: ſed veritatem offerendi ſanguinis continentem. ¶ *Calicem*) id eſt, vaſculum vinum continens. Accipitur autẽ calix tripliciter. Vno modo pro vaſculo potum continente. Secundo pro paſsionis amaritudine: quia olim damnandis vltimo ſupplicio dabatur potus in calice. Hoc modo dixit dominus filijs Zebedæi: Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum? id eſt, ſuſtinere mortem quam ego paſſurus ſum? Tertio modo accipitur pro potu in vaſe ſeu calice contento, ſic accipitur ſtatim infra cum dominus dicit: Hic eſt calix. &c. Primo pro vaſculo hic accipitur, & pronomen (hunc) accipitur ſecundum demonſtrationem imperſonalem. Non enim demonſtrat calicẽ quem ſacerdos in manu accipit: illum enim eundem non accepit Chriſtus in manus ſuas tempore cœnæ, ſed demonſtrat eum quem Chriſtus accepit ſimilem huic atq; eundem nominis appellatione, & liquoris eiuſdem ſpeciei aut nominis continentia.

Sicut in ſimili, in benedictione aquæ ſacerdos dicit de ſale quod benedicit, qui te per Heliſæum in aquam mitti iuſsit. Et in benedictione fontis pronomen (te) accipitur ſecundum demonſtrationem impersonalem.

☞ Et per hoc innuitur materia conſecrationis ſanguinis, quoniam calicem vacuum non accepit, ſed vino infuſum. Quod manifeſtè patet ex eo quod ſubdidit ſecundū Matth. Dico aũt vobis. non bibam amplius de hoc genimine vitis &c. quo apertè ſignificatur quòd in calice fuit genimen vitis, quod eſt vinum. Materia ergo conſecrationis ſanguinis, eſt vinum de vua vitis expreſſum. Dicitur vinum, propter agreſtam & acetum: quorum neutrum eſt vinum. Agreſta enim nondum habet vini ſpeciem, ſed eſt in via ad vini generationem. Digeſtum enim & indigeſtum variant ſpeciem. Ideo ſicut ex paſta non conficitur corpus, ita nec ex agreſta ſanguis Chriſti. Similiter acetum non eſt eiuſdem ſpeciei cum vino, habet enim proprietates contrarias vino. Et hoc eſt verum de aceto genito ex vino totaliter corrupto, de quo non fit reditus in vinum. Secus de vino acido, quod eſt in via ad corruptionem, nondum totaliter corruptum: de illo enim po-

poteſt fieri conſecratio : licet fieri non debeat extra neceſsitatis caſum : quoniam vt dicit Innocentius: Diligentiſtudio vinum optimum inquirendum eſt, vt fiat ſacrificium: & ſecundum hoc quidam dixerunt quòd in aceto poſsit fieri conſecratio, extendentes nomen aceti ad vinum acidum non plenè corruptum: vt recitat Alexander de Ales. In muſto autem quia verè vinum eſt, poteſt fieri conſecratio, licet cauendum ſit donec defæcetur: quoniam fęces cõmixtæ ſubſtantiæ vini , in ſanguinem non conuertuntur, vnde ad reuerentiã ſacramenti pertinet accipere vinum purum & defæcatum.

Dicitur etiam de vua vitis expreſſum. Vbi duo notantur: Primum, quòd vinum in vua conſiſtens non expreſſum conſecrari non poteſt. Magis enim habet rationem commeſtibilis, quàm potabilis manens in vua. Secundum, quòd vinum pomorum vel artificiale non eſt apta materia, quia non eſt vinum niſi æquiuocè.

Ex quibus manifeſtum eſt, quòd nec in cereuiſia , nec in medone, nec lacte , aut quocunque alio liquore, præterquàm in vino fieri poteſt conſecratio . In vino autem confecto, vel clareto, ſaluiato, & cætera, dummodo

non mutatur ſpecies vini, fieri poteſt conſecratio, tamen non debet propter periculum: quia ſatis dubium eſt, quando mutatur ſpecies in huiuſmodi confectionibus, & quia in ſacramento puritatis purus panis & vinum purum aſſumi debent. De omnibus autem vini generibus fieri poteſt conſecratio, ſiue vinum ſit album ſiue rubeum, ſiue Maluaticum, ſiue Rinolium, ſiue vinum commune, dummodo ſit de vuis vitium expreſſum. Et licet ſolum vinum ſit materia ſufficiens conſecrationis ſanguinis Chriſti, non tamen offerri debet ſine admixtione aquæ, tum quia Chriſtus creditur calicem vini aqua mixtum diſcipulis tradidiſſe: tum quia ſic expreſsius ſignificatur paſsio Chriſti, de cuius latere exiuit ſanguis & aqua: tum quia ſic perfectius ſignificatur vnio Chriſti & Eccleſiæ: in qua ſunt clerici & populi. Populus verò per aquam ſignificatur: ſecundum illud: Aquæ multæ, populi multi. Debet autem aqua modica admiſceri, & ſatis tempeſtiuè: vt ante conſecrationē conuertatur in vinum: & ita vinum facta conuertatur in ſanguinem: quoniam ſi aqua mixta vino maneret in ſua ſpecie, non conuerteretur in ſanguinem Chriſti. Vnde ſi aqua vino admixta non

non conuerterentur in vinum, per naturalem actionem vini ante conſecratio nem, ſed poſt conſecrationem ſub ſpeciebus vini de nouo in materia aquæ genitis, non eſt ſanguis Chriſti. Nam ſanguis Chriſti ſub nullis ſpeciebus incipit eſſe, nec manet niſi illius vini, ſuper quod prolata eſt forma conſecrationis: vnde & ſi poſt conſecrationem vinum purũ admiſceretur ſpeciebus vini in calice, non tranſit vinum illud de nouo additum in ſanguinem Chriſti. Nihil enim poteſt conuerti in ſanguinem, niſi virtute diuina, quæ operatur per verba conſecrationis tanquam per inſtrumentum non neceſſarium, ſed voluntarium: ſed verbis non fit conuerſio, niſi illius quod eſt tempore prolationis eorum, quare nihil poſt verborum prolationem admixtum conuertitur in ſanguinẽ. Conuerſio enim eſt inſtantanea, quæ fit tota ſimul in primo non eſſe verborum conſecrationis, & poſt illud nulla fit conuerſio. Non ergo ſimile eſt hic & de aqua benedicta: cui cum admiſcetur aqua non benedicta, totum cenſetur benedictum. Sub illis enim accidentibus tantum manet corpus Chriſti, & ſanguis, quorũ ſubiectum (in quo fuerunt, vel eſſent ſi conuerſio facta non fuiſſet) conuerſum eſt in

in corpus vel ſanguinem Chriſti. Vnde ſub ſpeciebus de nouo productis per actionem ſpecierum vini vel aëris circumſtantis, vel virtutem diniuam ſupplentem actionem vini conuerſi vel alterius cauſæ naturalis in eadem materia, ſi non fuiſſet conuerſa, manet corpus Chriſti. Non autem ſub alijs ſpeciebus de nouo in materia non conuerſa productis. Et ideo ſi frigiditas vini conuerſi corrumperetur, & generaretur caliditas pro ſe ſtans, ſub illa caliditate manet ſangnis Chriſti: non autem ſub illa quæ generatur in materia admixta. Et de hoc & omnibus prædictis de materia conſecrationis ſanguinis, vide latius in Lect. 53. Vbi inuenies cauſas inſtitutionis euchariſtiæ: ſub his ſpeciebus panis & vini: quæ breuitatis gratia reſcinduntur: & Lect. 52. ¶ *In ſanctas & venerabiles manus ſuas, &c.*) que exponantur vt ſupra.

TEXTVS.

HIc eſt enim

id eſt, ille liquor exiſtens ſub ſpeciebus vini, prolatis perfectè verbis conſecrationis.

po-

potus veri & naturalis.

calix ſanguinis mei,

ſcilicet confirmatiuus, poſt vetus per ipſum terminatum

in finē duraturi ſine alterius ſucceſsione.

noui & æterni

ordinationis

ſecretum

teſtamenti, myſterium

ſanguis

diſcipulis

fidei qui pro vobis &

in fide formata permanentibus

efficaciter

pro multis effundetur

ſatisfactionem.

in remiſsionem peccatorum.

☞ Poſt modum inſtitutionis ſacramenti ſanguinis Chriſti, ſequitur forma conſecrationis, quæ primo ponitur: ſecundo notatur effectus qui conſecrationem conſequitur. Forma indubitata hæc eſt: Hic eſt calix ſanguinis mei, Effe-

Effectus notãtur tres: Primus quia teſtatur nobis hæreditatẽ. Secundus quia declarat in myſterio fidẽ. Tertius quia præſtat peccatorum remiſsionem. Primum tangitur ibi: ¶ *Noui & æterni teſtamenti,*) quia ritu & effectu nouum eſt. *Æterni.*) quia non recipit alterius teſtamenti ſuccedentis ſuperordinationem. Non enim ſecundum ritum veteris teſtamenti in holocauſtis taurorum, arietum & agnorum pinguium, ſed ſecundum ordinẽ Melchiſedech, qui panem & vinum obtulit, inſtitutum eſt. Nouo tamen effectu veri ſacrificij, per ſacrificia illa priora ſignificati, & omnia illa vetera euacuantis, eisq; finem imponentis, & donec ſeculũ finietur permanentis. Vnde apoſtol. Heb. 10. Vna oblatione conſummauit in æternũ ſanctificatos. ¶ *Teſtamenti:*) quia morte Chriſti cõfirmati: ¶ *Myſteriũ fidei,*) quia ſecretum fuit qualiter morte vitã æternam: & effuſione ſanguinis perficeret ſanctitatẽ. ¶ *Qui pro vobis:*) diſcipulis meis, epiſcopis & ſacerdotibus, qui & ipſi indigetis tanquam circũdati infirmitate: & pro multis ſcilicet prędeſtinatis efficaciter, pro omnibus aũt ſufficienter. ¶ *Effundetur*) in remiſsionem peccatorum, tanquam noſtræ redemptionis preciũ. Dilexit enim nos, & lauit à peccatis

catis noſtris in ſanguine ſuo, Apocal.1. & ad Hebr.5. Omnis pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in his quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis, qui condolere poſsit his qui ignorant & errant, quoniam & ipſe circundatus eſt infirmitate, & ſequitur ad propoſitū. Propterea debet quemadmodū pro populo, ita & pro ſe ipſo offerre pro peccatis. ☞ Redeundo ad expoſitionē verborum, dicendum quòd pronomen (hic) demonſtrat ſanguinem Chriſti, in quē conuertendum eſt vinum: qui in fine verborū ſub ſpeciebus vini manet, vnde (hic) valet tantum, id eſt, quod manet ſub ſpeciebus vini facta conſecratione (eſt calix &c.) vnde (hic) demōſtrat ſimul ad intellectū, & ſenſum non idē, ſed diuerſa. Ad intellectū, ſanguinē Chriſti: ad ſenſum ſpecies vini. (Eſt) quod ſequitur, importat tempus præſens coëxiſtens prolationi verborū perfectè, includēs ipſam prolationē. Nō aūt eſt perfecta niſi in primo inſtāti nō eſſe verborū, & in eodē ibi eſt ſanguis Chriſti. ☞ Calix hic capitur tranſſumptiuè, cōtinens pro contento: id eſt, pro potu in calice contento. Vnde valet tantum Hic eſt calix, id eſt, potus in calice. Et per hoc quod ſequitur,

ſan-

ſanguinis mei, ſpecificatur pot⁹, vt ſtet pro potu, non quolibet, ſed illo qui eſt ſanguis Chriſti naturalis & verus. Vnde illa conſtructio, calix ſanguinis mei, accipienda eſt intranſitiuè, vt ſit ſenſus: Hic eſt calix, id eſt, potus, qui eſt ſanguis meus, ſicut in ſimili dicitur: creatura ſalis, id eſt, creatura quæ eſt ſal.

☞ Sed quid ſi ſacerdos illa verba proferret in propria ſignificatione ex ignorantia, vtrum tunc conſecraret? & videtur quòd non, quia deficit debita intentio, quæ ſemper conformis eſſe debet ſenſui verborum, ſecundū quem inſtituta ſunt, vt ſunt ſigna efficacia ſacramentalis effectus. Reſpōdetur, quod ſacerdos non intelligens verum verborum ſenſum, & proferens in ſenſu proprio non metaphorico: non tamen per hoc inducere volens hæreſim, ſed ex ignorantia, vel debitæ intentionis negligētia, verè conſecrat, licet à peccato minimè excuſetur. Quippe miniſter qui intendit conſecrare, debet diligentius quo poteſt ſe recolligere, & ad ſe redire, ac cum magna attentione verba ſubſtantialia tanti ſacramenti proferre. Etiam debet intelligere quæ neceſſaria ſunt, vt officium ritè & dignè perficiat. Tamen ſi verba non intelligit, aut ſenſum in quo ſunt conſecratiua,

ua,non attendit, ſed in ſenſu proprio profert,dum tamen verba integra profert intentione conſecrandi, verè conſecrat, etiam ſi verba penitus non intelligeret. Nec intentio neceſſaria ad conſecrandum, eſt intentio conformis ſenſui verborum, ſed eſt intentio qua intendit per hæc verba conſecrare: & hoc poteſt intendere,licet verba nõ intelligat: vel actu ad eorum ſenſum ex diſtractione non attendat. Nã ſecundum multos verba illa accipiuntur materialiter,vt dictum eſt: & tunc vt ſic non haberent aliquem ſenſum, verum vel falſum:ſed tantum ſeipſa verba repræſentarent. ☞ Sequitur: ¶ *Noui & æterni teſtamenti,*) quia mors Chriſti quę Lect.53. in hoc ſacrificio renouatur, & per ſanguinem calicis apertiſsimè ſignificatur:fuit confirmatio legis Chriſti, ac gratiæ,per quam nobis noua promiſſa æternorum bonorum Chriſtus dedit: & per quam legem Moyſi tẽporalia promittentẽ terminauit, eamq; vltimã & in finẽ duraturã cõſtituit. ¶ *Myſterium fidei,*quia mortis Chriſti in ſanguinis effuſione conſummatæ repræſentatiuus, quæ mors fuit ſacratiſsimũ ſecretũ ſub figuris veteris teſtamẽti latens,præcognitum à patribus, tanquã myſterium generalis redemptionis totius humani

gen e

generis. ☞ *Qui pro vobis & multis, &c.* exponatur vt ſupra. Sed hic dubitatur quomodo hæc oratio prolata eſt vera non propter pronomen hic, & verbum eſt. De his enim dicitur ſicut ſupra in conſecratione panis, ſed propter verbũ (effundetur) quod eſt futuri temporis, & certum eſt, quòd in futuro nõ effundetur, quia mors vltra Chriſto non do
Lect. 53. minabitur. Ad quod dicendum, quòd ſi verba accipiuntur materialiter, dubium non habet locum: cum vt ſic, nec vera ſunt, nec falſa, cum ſe ipſa tantum verba ſignificent: Si verò ſignificatiuè accipiuntur, dicendum quòd verbum effundetur, referendum eſt ad tempus quod in hora inſtitutionis fuit futurum, & non ad illud quod nunc poſt
Rom. 6. horam conſecrationis eſt futurum: ita quod tantũ valeat (effundetur) id eſt, effundendum erat: nũc autem effuſum eſt, & ſic eſt oratio vera. Et ille ſenſus ſatis colligitur ex circumſtantibus conſtructibilibus, quibus ſatis ſignificabatur, quòd verba hæc proferuntur à ſacerdote, tanquam prolata à Chriſto, & ideo ad idem tempus referenda ſunt, ad quæ Chriſtus proferens retulit: Secus tamen de verbo (eſt) illud importat tempus includẽs tempus prolationis, quia non profertur ſolũ vt à Chriſto

ſto prolatum, ſed profertur in perſona Chriſti, vt ab ipſo inſtitutum: tanquam pertinens ad formam conſecrationis, & ideo importat tempus conſecrationis. Quòd verò ſequitur: ¶ *qui effundetur &c.*) ſolùm proferuntur vt dicta à Chriſto: & ideo effundetur, importat tempus quod tunc erat futurum: Sed quæri poteſt, quæ verba præciſe integrant formam conſecrationis ſanguinis, in quibus præciſe conſiſtit forma? Reſpondetur, quod verba præcedentia (Hic calix eſt) ſimiliter & ſequentia (peccatorum) non ſunt de eſſentia formæ. Nam præcedentia pertinent ad vſum ſacramenti eucharıſtiæ: & ſequentia ad collationem poteſtatis conſecrandi. Similiter & illa verba: ¶ *Qui effundetur pro vobis &c.*) non ſunt de ſubſtantia conſecrationis, quia conſtituunt aliam categoricam propoſitionem. Nam (qui) ibi nō tenetur reſtricti uè, ſed relatiuè: alioquin oratio eſſet falſa. Quia tūc effundetur, importaret futurum tēpus reſpectu temporis importati per copulam principalem, ſcilicet eſt: ſicut cùm dico: Ioānes eſt venturus. Venturus importat tempus futurum. reſpectu temporis importati per copulam (eſt) & ita effundetur, nō erit pars orationis, quæ ſignificatur præſentia

ſanguinis Chriſti. Item vt dictũ eſt iſta proferuntut vt prolata à Chriſto, priora verò in perſona Chriſti: & ſic non pertinent ad conſecrationem, quia ſecundum Ambroſ. in verbis Chriſti, id eſt, prolatis in perſona Chriſti, fit conſecratio. Sed de illis verbis, noui & æterni teſtamenti, an hæc ſint de eſſentia formæ, ſatis dubium eſt. Nam ſanctus Tho. dicit quòd ſic, pro eo quod ſunt partes illius orationis: Hic eſt calix ſanguinis mei. Nam ſunt determinationes huius quod dicitur ſanguinis mei. Alexander, Albertus, Sanctus Bonauentura, dicunt quòd nõ ſunt de eſſentia conſecrationis: quia ſolùm illa verba quibus fit trãſſubſtantiatio ſunt de forma. Hæc autem ſunt quæ præſto ſignificant ſanguinem Chriſti non eſſe ex conuerſione vini in ipſum. Hoc autem ſignificatur per hæc quinque verba: Hic eſt calix ſanguinis mei. Vnde illa quinq; ſunt tota perfecta & ſufficiens forma. Quæ autem ſequũtur ſunt declaratiua quarundam conditionum, quibus excellẽtia huius ſacramenti manifeſtatur, & effectus ſanguinis in hoc ſacramento contenti, & in cruce effuſi, & nihil ſignificant ad tranſſubſtantiationem pertinens. Sola ergo prædicta verba perficiunt formam conſecratio-

nis

nis vini, ſicut ſola hæc quatuor: Hoc eſt corpus meum, perficiunt formam conſecrationis panis. Scotus vertit in dubium, an ſint de integritate vel non, & ideo periculoſum foret ea dimittere. Tamen ſecunda opinio videtur probabilior, nec probat intentum prima opinio, per hoc quod illa verba noui & æterni, &c. pertinent ad illam orationem: Hic eſt calix, &c. tanquam partes eius, quia illo non obſtãte, illa quinque verba: Hic eſt calix ſanguinis mei, ſunt ſine illis perfecta oratio, ſufficienter & plenè ſignificantia conuerſionem vini in ſanguinem Chriſti. ☞ Sed quæritur: Vtrum illę duæ formæ conſecrationis panis & vini, ſe expectent quantum ad eorum effectum. Vel vtrũ quælibet ſine alia effectum proprium fortiatur, ita quòd ſtatim prolatis verbis conſecrationis panis, fiat conuerſio eius in corpus Chriſti, priuſquàm proferantur verba conſecrationis calicis. Leſſ. 53.

Fueruut hîc quidam antiqui doctores, tenentes quòd ſimul ſit conuerſio panis in corpus, & vini in ſanguinem, & vna non ſine alia, & hæc fit prolatis verbis conſecrationis calicis. Et hoc dixerunt, ne cogerentur dicere, quòd ibi eſſet corpus ſine ſanguine, ſi ad prolationem primæ formæ fieret cõuerſio

panis in corpus: nondum vino in ſanguinem conuerſo. Item ad ſaluandum vnitatem ſacramenti euchariſtiæ: non enim videbant quomodo eſſet vnum ſacramentum, ſi fieret bina conuerſio.

☞ Sed reſpondendum eſt ſine dubitatione, quod hæc duæ formæ mutuò ſe non expectant, ſed quælibet prolata ritè, ſtatim in primo inſtanti nõ eſſe prolationis, habet effectum ſuum: ita quòd in primo non eſſe verborum, Hoc eſt corpus meum, fit ibi conuerſio panis in corpus Chriſti: non expectata alia forma conſecrationis ſanguinis: etiam ſi nulla verba ſequerentur, vt puta ſi ſacerdos deficeret antequam verba conſecrationis calicis proferret. Alioquin Chriſtus dicens Apoſtolis: Accipite & mãducate, &c. hoc eſt corpus meum, falſum dixiſſet: cùm nondum fuiſſet ibi corpus ſuum. Similiter patet hoc ex ritu eccleſiæ, quæ ſtatim poſt primam formam oſtendit ſacramentum populo adorandũ, in quo ſi ſub illis ſpeciebus non eſſet Chriſtus, faceret populum idolatrare. Similiter ſi omiſſa conſecratione panis, ſecunda forma ſuper calicem proferetur à ſacerdote intentione conſecrandi, fieret cõuerſio vini in ſanguinem, eadem ratione, qua prius per ſolam primam formam

mã panis cõuerſus eſt in corpus Chriſti. Nam in qualibet prolatione facta à ſacerdote ſuper debita materia intentione conſecrandi, ſunt omnia quæ requiruntur ad veritatem ſacramenti. Nihil enim aliud requiritur niſi miniſter idoneus qui eſt ſacerdos, materia debita & forma: ac intentio conſecrandi: ergo quacunque duarum formarũ prolata ſuper ſua materia eſt verè ſacramẽtum. Nec ſequitur quòd illi inferũt, ſcilicet quod ibi eſſet corpus ſine ſanguine: aut ſanguis ſeparatus à corpore: quoniam vt dictum eſt idem præciſe eſt ſub vtriſque ſpeciebus: licet non omnino eodem modo & ordine: quoniam ad prolationem primæ formæ ſuper panem eſt ibi ſolum corpus Chriſti ex vi conuerſionis: & quia corpus eſt tale quale eſt extra ſacramentum in naturali ſua conſiſtentia in qua habet ſanguinem, animam, deitatem vnitam: ideo & corpus in ſacramento cõcomitatur: ſanguis, anima, deitas, vt hypoſtaticè vnita. Sic prolata ſecũda forma ſuper calicem, ibi vinum conuertitur in ſanguinem non quidem ſeparatum, ſed talem qualis eſt extra ſacramentum.

Hoc eſt in ſanguinem in venis corporis Chriſti incluſum: & per conſequens ſunt ibi venæ corporis non mortui, ſed

viui. Viuit autem per animam, & ita comitatur & anima. Hæc autem anima, & corpus non ſunt ſeparata à deitate, eſt ergo ibi deitas non tantùm generali modo quomodo eſt vbique, ſed modo ſpeciali vt perſonaliter corpori & animæ vnita. Et hoc latius proſequimur Lectio. 53.

☞ Ex illo patet, quòd ſi aliquid de corpore Chriſti, aut ſanguine relictum fuiſſet in terra, nec totum reaſſumptum in reſurrectione: ſicut quidam opinantur de præputio & de guttulis ſanguinis quibus tincta erat columna, in illud quod nunc eſt extra corpus Chriſti in cœlo, non conuerteretur neque panis, neque vinum, nec etiam ibi eſſet per cõcomitantiam, quia per concomitantiam non ſunt ibi niſi ea quæ ſunt in corpore Chriſti in cælo. Sed adhuc dubitatur quomodo eſt ibi deitas, vt hypoſtaticè vnita ad conſecrationem calicis: cùm tamen deitas nunquam fuerit ſic vnita ſanguini: eò quòd ſanguis non viuit: nec eſt pars corporis, neque anima inhæret ſanguini, licet ſanguis requiratur tanquam quædam diſpoſitio neceſſaria ac præuia, vt anima inhæreat corpori, ſicut & alij humores, puta cholera, flegma, melancholia.

☞ Di-

☞ Dicitur breuiter, quòd ſiue ſanguis ſit animatus ſiue non, deitas eſt ibi per concomitantiam, non vt vnita ſanguini, ſed vt vnita corpori & animæ, quæ ſunt ibi per concomitantiam propinquam: Deitas verò per concomitantiam remotam, quia mediante corpore & anima quibus vnitur, quæ ibi ſunt non per conuerſionem, ſed per concomitantiam, vt dictum eſt. Sed de ſecundo motiuo ſcilicet quomodo ſaluetur vnitas ſacramenti, ſi ibi eſt bina conſecratio. Reſpondetur quòd ſacramentum corporis & ſanguinis non ſunt quid vnum ſimpliciter, neque vnitate indiuiſibilitatis, quia ſunt à ſe inuicem ſeparabilia, vt manifeſtum eſt: etiam non ſunt aliquid vnum numero, quia ſunt multa accidentia ſiue ſpecies: quarum aliquæ inhæſerunt pani, & aliæ vino, quæ inter ſe & ab inuicem diſtinguuntur numero, immò quadam ſpecie. Nec ſunt vnum compoſitione, quia nihil vnum ex illis ſpeciebus componitur. Neque loco, quia non ſunt ſimul, ſed ſeparata. Sunt etiam diuerſa ſigna, & diuerſa per ſe, & primò ſignata & contenta. Vnde gloſſa in capite. Comperimus, de conſecratione, diſtinctione ſecũda dicit, Reuera enim ibi ſunt plu-

ra ſacramenta. Nam accidentia panis ſunt tantũ ſacramentũ corporis Chriſti, & accidentia vini ſunt tantũ ſacramentũ ſanguinis. Dicuntur tamen vnũ ſacramentum vnitate integritatis, & ordinis. Integritatis, quia integratur ex pluribus ſpeciebus idem continentibus, quia ſub vtriſque ſpeciebus panis & vini continetur totus Chriſtus: non quidem per ſe, & primo ſicut ex vi cõuerſionis: ſed partim ex vi conuerſionis, & partim ex concomitantia reali, vt ſupra declaratum eſt. Ordinis ad finem: quia ordinantur ad eundẽ finem ſpiritualem ſignificandum & efficiendum, ſcilicet perfectam refectionẽ animæ, eiusque incorporationem corpori Chriſti myſtico. Perfecta enim refectio animæ ſignificatur per perfectam refectionem corporalem, quæ non tantùm cibo nec tantùm potu, ſed ex vtriſque coniunctis perficitur. Et ſecũdum hoc dicit Gloſſa allegata. Siue quis ſpecies panis ſiue vini ſumat, vtrunque ſumit: corpus ſcilicet & ſanguinem. Et dicuntur hæc duo ſacramenta, & vnũ, vnum propter vnum contentum. Et dicuntur diuerſa propter diuerſa accidentia, & diuerſa primò ſignificata. Et propter hoc etiam ſacerdos celebrãs, vnum ſine alio conficere non debet, ſi graue

ſa

sacrilegium vitare muluerit vt dicitur in eodem capitulo, Comperimus.

TEXTVS.

HÆc quotiescunque feceritis, in mei repræsentationem memoriam facietis.

quæ feci consecrando panem & vinum in corpus & sanguinem meum.

vos mei discipuli, & vestri in officio legitimi successores presbyteri.

sacrificij in cruce offerendi.

consecrando & sumendo.

Tradita forma cõsecrationis additur efficacia significationis consecrati sanguinis. Et hæc clausula respicit vtranque consecrationem tam panis quàm calicis, vt sit sensus (quotiescunque hæc) quæ feci, id est, consecrationem panis & calicis feceritis, facite in memoriam meã, id est, mei sacrificij quod facturus sum in cruce: in qua mortem suscipiam in corpore, & sanguinẽ fundam in precium redemptionis huma-

næ. Hæc enim vna cauſa eſt inſtitutionis huius ſacramenti: vt in eccleſia militante eſſet perpetuũ memoriale paſſionis dominicæ. Vnde vnum ſacrificium eſt quod offerimus nos, & quod obtulit Chriſtus, ipſe ſcilicet Chriſtus vtrobique, quamuis non eodem modo oblatus. Obtulit enim ſeipſum in mortem &c.

Offertur idem Chriſtus à nobis non ĩn mortem, ſed in mortis memoriam. Vnde noſtra oblatio, non eſt reiteratio ſuæ oblationis in pœnam, ſed repræſentatio ad prouocandam Dei miſericordiam. Et ideo ad diſtinctam dominicæ paſsionis repræſentationem, in qua ſanguis à corpore fuerat ſeparatus, conſecratur ſanguis ſeparatim in calice: & corpus in panis ſpecie. Similiter & in ſumendo, paſsionis memoriam agimus, ſecundum illud Apoſtoli: Quotieſcunque enim manducabitis panem hunc & calicẽ bibetis, mortem domini annũciabitis donec veniat. Hæc autem verba prolata ſunt à Chriſto duntaxat ad apoſtolos & in ipſis ad eorum legitimos ſucceſſores, & hæc dicens (facite) id eſt, conficite: eos in ſacerdotes ordinaſſe creditur: eisque potestatẽ cõſecrandi cõtuliſſe, vt dicit Hieronymus de viris illuſtribus.

Tex-

TEXTVS.

Vquia præcepiſti nobis hoc facere in tui memoria

Nde & me

intellectu, fide, & charitatis deſiderio & feruore.

ſancte & clementiſsime pater

ſacerdotes qui ad hoc ordinis noſtri miniſterium accepimus.

mores

Domine nos ſer

tota communitas chriſtiana fide & ſacramentis purificata & ſanctis legibus imbuta.

ui tui, ſed & plebs tua

cuius corpus & ſanguinem confecimus. Aliqui libri Romani non habent eiuſdem

ſancta eiuſdem Chriſti fi

naturalis & conſubſtantialis.

vniuerſalis omnium per creationem & gubernationem

ſpecialiter per redemptionē

lij tui dñi Dei noſtri:

excellenter beatificantis, tanquam cauſa meritoria noſtræ felicitatis & ſalutis

etiam

tam beatæ paſsionis, nec

ad quos deſcēdit in triduo mortis: educens patres in tenebris & vmbra mortis ſedentes, & in nobis ſpem reſurrectionis confirmans.

non & ab inferis reſur-

virtute propria, tam diuina quàm humana

rectionis, ſedet in cœlos

anima & corpore glorioſa

glorioſæ aſcenſionis, of-

tibi Patri cui ſoli debetur ſacrificium

omnipotentiæ tuæ prę-alijs claræ.

ferimus

præclaræ

ſtabili & æternæ

ſpiritualibus &

maieſtati tuæ de tuis

temporalibus nobis à te collatis

ſcilicet eucha riſtiam

donis ac datis Hoſtiam

quan

quantum ad deitatem quæ eſt lux puriſsima & inacceſsibilis nos illuminans.

eucharistiam.

pu ✝ ram, Hoſtiam

quantum ad animam omni gratiarum plenitudine refertam: nos ſanctificantem: quia de plenitudine eius omnes accepimus gratiam pro gratia.

eucharistiam.

ſan ✝ ctam Hoſtiam

quantum ad corpus ſine macula originalis peccati conceptum: pro noſtra purgatione percuſſum, vulneratum in cruce, tenſum & liuidum.

✝ immaculatam, Paverum de cœlo deſcendentem vitam æternam ſumentibus tribuentē fælicitatis.

nem ſanctum ✝ vitæ in quo eſt ſanguis Chriſti inebrians ſobria iocūdita te & lætitia ſempiterna.

æternę & calicem ✝ ſa-

ſemper manſuræ.

ſalutis perpetuæ.

Lect. 54 Hæc eſt quinta pars principalis canonis. In qua poſt conſecrationē panis & vini, & eorū conuerſionē in ſubſtantiam corporis Chriſti & ſanguinis eius factam per verba formalia & ſubſtantialia, fit oblatio ac ſalutis petitio veri ſacrificij in crucis ara perfecti rememoratiua. Et diuiditur in tres partes. In prima fit oblatio rememoratiua conſecratorū. In ſecūda petitur acceptatio oblatorū ibi: Supra quæ propitio.) In tertia poſtulatur diuinę gratię & benedictionis largitio cordib⁹ participantiū populorū ibi: Supplices te rohamus.) ☞ Circa primū dicitur (vnde & memores &c) & quia textus ſatis clarus eſt, ſufficiat expoſitio & gloſſa interliniaris additis paucis, rationes geſtuū declarantibus. Vnde ſacerdos hæc dicens, extēdit manus ſuas & brachia per modū crucis, vt ſit Chriſti paſsionē quā verbis rememoratur: etiam corporis geſtu ſignificet, vt ſit circūſtans populus qui verba ſacerdotis vel nō audit vel non intelligit, ad dominicæ paſsionis memoriā figura ſui corporis excitetur. Ad quod etiā ſeruiūt cruces quinque, quas facit ſuper ſpecies ſacramēti, tres coniūctim ſuper vtraſq; cali-

calicis & panis, & duas diſtinctè ſuper panis ſpecies & calicis propter correſpõ dẽtiam ab verba, quorũ quędã ſpecialiter panis ſacramentũ, quędam calicis re præſentant, quędã coniunctim ſeu ęque vtrũque, vt ſatis patet verba aduertẽti. Et ſicut ſupra dictũ eſt ꝙ cruces ante conſecrationẽ factæ, ſignificant ea quæ præceſſerũt crucifixionẽ Chriſti. Illę verò quæ ſequuntur conſecrationẽ, ſignificant ea quæ Chriſtus in cruce & poſt crucẽ paſſus eſt & egit. Vnde his quinque crucibus ſignificãtur quinque vulnera: manuũ, pedũ, & lateris, in cruce acceptorum, quæ ſunt foramina petræ viuentis, in quibus reſidet immaculata colũba, ſancta eccleſia Chriſti ſpõſa, in eis nidificãs fructuoſe. Sed & quælibet deuota anima in horũ meditatione verſata, tutè in eis requieſcit, accenditur, illuſtratur. De quo Aug. in Manuali. c. 22. Tuta & firma requies eſt infirmis & peccatoribus in vulneribus ſaluatoris. Nam vulnera Ieſu Chriſti plena ſunt miſericordia, plena pietate, plena dulcedine & charitate. Per foramina corporis, patent mihi arcana cordis, per magnum pietatis ſacramentum, patent mihi viſcera miſericordiæ dei noſtri, in quibus viſitauit nos oriẽs ex alto: & ſequitur, ca. 23. In omnib⁹ aduerſitatibus *Canticorum. 2.*

non

non inueni tam efficax remediũ quàm vulnera Christi. In illis dormio ſecurus, requieſco intrepidus. Chriſtus mortuus eſt pro nobis, nihil tam ad mortẽ quod morte Chriſti non ſanetur. Hæc Augu. Sicut autem ſacerdos manuum extenſione paſsionem Chriſti crucifixi figurabat in verbo beatæ paſsionis: ita manus ad ſe reducens parum erigit in verbis, ſed & ab inferis reſurrectionis: quo ſignificat quòd Chriſtus leo inuictus ab inferis reſurrexit. Deinde dicens: Et in cœlos glorioſæ aſcenſionis: manus altius erigit vſque ad humeros, in ſignum quod Chriſtus eleuatis manibus ferebatur in cœlum. His verbis & geſtis offert ſacerdos Deo patri hoſtiam puram, ſanctam, immaculatam, in ſe formaliter, ſcilicet euchariſtiam, quæ eſt Chriſtus dominus noſter, ſecundum vtramque naturam puriſsimus ſanctiſsimus, & immaculatus, ſecundũ diuinam per propriam eſſentiam, ſecundum humanã per gratiæ plenitudinem animæ concreatam, & corporis munditiam à puriſsima virgine conceptam. Etiã quo ad nos effectiuè quia nos purificat, ſanctificat, & ab omni macula mundat. Et quod in ſequenti nominatur panis & calix, ſecundum iſtam metaphoram dicitur: quo res mutata

tata priſtinum nomen ſeruat. Sicut Simon leproſus nominatur etiam poſtquam fuerat mundatus à domino. Etiam quia res ſecundum exteriorem apparentiam nomen ſortitur, ſic corpus Chriſti ſub ſpecie panis, panis nominatur: & ſanguis ſub ſpecie vini latens, vinum dicitur. Hinc tamen perpendant fideles ſacerdotes: cum quanta puritate conſcientiæ, ac mentis præparatione: cordisque deuotione, accedere debent hanc hoſtiam puram, ſanctam, immaculatam, panem vitæ, & calicem ſalutis perpetuæ oblaturi: ne ſi peccato obnoxij offerant, ſit eorũ oblatio quaſi eius qui victimat filium in conſpectu patris, ne ſi accedant ſeipſos non probantes, magis filium Dei rurſum crucifigant, quàm ipſum offerãt in ſacrificium bene placens Deo patri, in reconciliationem peccatorum.

dona & data tibi oblata corpus ſcilicet & ſanguinem Chriſti filij tui.

SVpra quæ propitio ac ſereno

placabili ad remiſſionem peccatorum facili.

benigno & hilari.

facit

facie, id eſt, cognitione oblatione nostram approbate

attendere approbando & acceptando

tu pater clementissime.

vultu respicere dignegrata acceptare ex parte nostrum offerentium

ris, & accepta habere, ex deuotione & fide offerentium

sicuti accepta habere de primogenitis & adipibus gregis

tu pater clementissime

dignatus es munera qui rectè obtulit & rectè diuisit, nō se sibi seruādo, sed se primū, & deinde munera sua Deo offerendo, quod Cain non fecit: ideo à domino respectus non fuit.

mundi & puri à malitia.

pueri tui iusti Abel, &

quo

quo vnigenitum
ſuum offerre paratus fuit, Iſaac ſcilicet patris patrum.

ſacrificium patriarchæ

qui filij eius ſumus, non litera & carne, ſed ſpiritu & imitatione fidei.

ſacrificium ſcilicet panis & vini

noſtri Abrahæ, & quòd

propter victoriam Abrahæ conceſſam redeunti de cæde quatuor regum Sodomitas inuadentiũ, & cum eis Loth fratris ſui filium capientium.

tibi obtulit ſummus

ſacerdos tuus Melchi-

quantũ ad gratiæ & virtutũ plenitudinẽ

ſedech, ſanctum ſa-

quantum ad omnis peccati originalis & actualis immunitatem.

crificium, immaculatam hoſtiam.

HAEc eſt ſecunda particula quintæ partis principalis ſacri Canonis, in qua poſt oblationem paſ-

paſsionis Chriſti rememoratiuam, petitur acceptatio oblatorum, & hoc primò in genere: ſecundo modus acceptatiõis petitur in ſpecie: ibi ſicuti accepta habere dignat⁹: & ſatis poteſt ſenſus literæ ex gloſſa interliniari. Peritur enim vt hæc ſacroſancta oblatio ſit accepta Deo, eamque reſpiciat notitia approbationis, tanquam placamentum noſtræ deuiationis. Accepta non ratione oblationis in ſe, quæ cùm ſit patris vnigenitus, non poteſt non eſſe accepta, vt ſupra dictum eſt: ſed ex parte offerentium, ex quorum ſorde poteſt refutari quantum ad vim reconciliatiuam offerentium propter indignitatem eorum. Tunc cũ additur (ſicuti acceptare, &c.) additur ſpecificatio noſtræ oblationis, per oblationes patrum eam figurantium. Adducuntur autem tres figuræ: quarum ſemper vna plus manifeſtat de veritate noſtri ſacrificij, quàm alia. Nã prima manifeſtat oblati paſsionẽ: nam Abel pro ſacrificio ſuo mortem pertulit. Secũda oblati dignitatem. Nam Abraham vnigenitum ſuum offerre paratus erat: ſignificãs in noſtra oblatione patri cœleſti vnigenitum ſuum offerri, nihil autem vnigenito dignius. Tertia ſacrificij noſtri ritum & veritatem: quia Melchiſedech qui ſacerdos fuit

fuit altiſsimi, offerens panem & vinum, noſtri ſacrificij ritum figurabat, & ſua perſona perſonam Chriſti qui eſt ſacerdos, & ſacrificium repræſentabat. Vnde Apoſt. ad Heb. 7. Chriſtus Ieſus ſecundum ordinem Melchiſedech, pontifex factus in æternum. Hic enim Melchiſedech rex Salem, ſacerdos Dei ſummi. Primùm quidem qui interpretatur rex iuſtitiæ deinde autem & rex Salem, id eſt, rex pacis: ſine patre, ſine matre, ſine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens: aſsimilatus autem filio Dei manet ſacerdos in æternum, & cætera quæ ibi ſequuntur.

☞ Aduerbium autem ſimilitudinis (ſicuti) non notat æqualitatem ſecundum gradum ſimilitudinis, quantum ad ipſa ſacrificia: multo quippe acceptius eſt hoc noſtrum ſacrificium, quam quod obtulit Abel, Abraham, aut Melchiſedec. Nulla enim oblatio hac potior eſt, ſed hæc omnes præcellit. Vnde Hugo lib. 2. de ſacra parte 8. c. 1. Sacramentum corporis & ſanguinis Chriſti, vnum eſt ex his in quibus principaliter ſatis conſiſtit, & inter omnia ſingulare, quia ex ipſo omnis ſanctificatio eſt. Hæc enim hoſtia ſemel pro ſalute mundi oblata, omnibus præcedentibus & ſequentibus ſacramẽtis virtutẽ dedit

dedit, vt ex illa ſanctificaret omnes per illam liberandos. Hæc ergo hoſtia excedit hoſtias patrũ, ſicut res vmbram & veritas figuram. Iſtud etiam noſtrum ſacrificium acceptum eſt ex ſe & propter ſe ex opere operato. Illa autem tantùm ex fide & deuotione patrum, vnde & hic petitur vt ſacrificium ſecundum ſe ſemper placitum, etiam acceptabile fiat ex fide offerentium, ſicut illa placuerũt ex fide patrũ. ☞ Sunt autem multæ figurę huius vnici ſacrificij, omnes ſcilicet oblationes & ſacrificia legis naturæ & Moſaicæ domino oblatæ, in animalibus, frugibus, & liquidis libaminibus. De quibus latius tractatur lect. 55. Eliguntur autem horum patrum ſacrificia, qui & ipſi fuerunt figuræ Chriſti. Abel propter martyrium, Abraham propter perfectam obedientiam, Melchiſedech propter pacis principatum. Nam Chriſtus ſanguinis ſui effuſione factus eſt martyrum corona, ſpeculum obedientiæ, princeps pacis, & pater futuri ſeculi. Etiã quia illa ſacrificia proceſſeruut ex pura & integra fide & deuotione ad Deum, non ex timore ſicut alia legalia ſacrificia quæ præcepta fuerunt Iſraëlitis, & magis tolereta quàm accepta, ne populus ad idololatriã pronus, idolis talia immolarẽt, Vnde cauſam

ſam aſsignãs dominus cur ſibi illa præceperit offerri, ait Leui. 17. Nequaquam immolabunt vltra hoſtias ſuas demonibus cum quibus formicati ſunt.

TEXTVS.

humiles, quaſi ſub, id eſt, deorſum plicati, hoc eſt recuruati.

Deum patrem.

SVpplices te rogamus omnipotens Deus, iube hęc perferri per manus ſancti

in cuius dispoſitione cuncta ſunt poſita, & non eſt qui tuæ poſsit reſiſtere voluntati

quia ſine tua cooperatione nihil poteſt creatura.

vota fidelium, vel corpus & ſanguinem vel eccleſiam militantem.

inter te & nos diſcurrẽtis: non ex tua indigentia, quia omnia ſolus potes, & vbique es, ſed ex ordine tuæ ſapientię, qua infima per media reducis ad ſuprema.

an-

angelorum tuorum

in cœlum patris conſpectum, vel

angeli tui in ſublime

eccleſiam triumphantem, vbi ſine intermiſsione ſacrificatur ſacrificium laudis.

præſentia, acceptante non refutante ſeu in conſpectu gratioſo.

altare tuum, in cõſpectu

altiſsimæ & æternę diuinitatis.

diuinæ maieſtatis tuæ,

ex clero & populo.

vt quotquot ex hac

ſacrificij altaris tibi dedicati communione,

altaris participatione,

ſuper ſanctum & purum, hoc eſt eminenter ſanctum.

tibi conſubſtãtialis ex te geniti æternaliter.

ſacroſanctum filij tui

de virgine ſumptum in cruce rigidiſsimè tenſum.

pro noſtra ſalute fuſum.

cor ✝pus & ſan✝gui-

ſacra-

ſacramentaliter & ſpiritualiter, aut ſpiritualiter tantùm.

né ſumpſerimus omni

id eſt, ſpiritualium ac cœleſtium chariſmatum plenitudine.

bene ✝ dictione cœleſti

mente & corpore, intellectu & voluntate.

& gratia repleamur, per eundem Chriſtum do-

fiat.

minum noſtrum, Amé.

Particula tertia partis quintæ principalis canonis, in qua poſt petitam oblatorum acceptationem, petit ſacerdos diuinæ gratiæ & benedictionis participationem. Et ſatis patet ſententia.

Sacerdos autem hanc orationem dicens humiliter ſe inclinat, oſculatur altrare, ſecundum Alexandrum, manus cancellat ante pectus aut ſuper altare, & tres cruces format. Humiliter ſe inclinat, vt per ſignum ſenſibile foris exhibitum, ſignificet interiorem humilitatem qua ſupplicans debet animo veſtiri, vt ſua oratio exaudiatur ab eo,

qui humilium non ſpernit affectum. Manus cancellat per modum crucis, ad deſignandum quòd non in merito ſuo, ſed Chriſti in cruce nobis omnia bona promerentis, exaudiri petit. Oſculatur altare in verbo participatione, vt ſe fieri participem oſtendat altaris ſacrificio, cum omnibus alijs, vel vt ſignificet reconciliationem humani generis cum Deo patre in altari crucis factam per filij mortem.

Deinde facit ſacerdos quintam ſignationem, faciendo tres cruces. Primam in verbo (corpus) ſuper ſpecies panis.

Secundam in verbo (& ſanguinem) ſuper ſpecies vini in calice.

Tertiam in verbo (omni benedictione) ante faciem ſuam. Per primam commemoratur rigidiſsima tenerrimi corporis tenſio in cruce, vſque ad omnium neruorum & oſsium dinumerationem. De qua tenſione Eccleſia quaſi compatientis affectu crucem alloquens, velut rem cognoſcentem canit: Flecte ramos arbor alta: tenſa laxa viſcera, & rigor lenteſcat ille quem dedit natiuitas, vt ſuperni membra regis miti tendas ſtipite. Et propheta: Foderunt manus meas & pedes meos: dinumerauerunt omnia oſſa mea. Per ſecundam crucem effuſio largiſsima ſanguinis

nis figuratur, qua omni defluxo humore, corpus ſaluatoris ſacratiſsimum torruit, ſicut cremium in frixatorio, & aruit tanquam teſta virtus eius. De qua effuſione in præallegato Hymno canitur: Clauis mite corpus perforatur, ſanguis vnda profluit, terra, pontus, aſtra, mundus, quo lauantur flumine.
De quo non tacuit idem propheta cùm inquit: Sicut aqua effuſus ſum, & diſperſa ſunt omnia oſſa mea. Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens in medio ventris mei. Aruit tanquam teſta virtus mea, & lingua mea adhæſit faucibus meis, & cætera.

Per tertiam innuitur paſsionis fructus qui eſt omnis benedictionis & gratiæ deriuatio à Chriſto in redemptos per ipſum. Nam de plenitudine eius omnes accepimus. Ideo fit hæc ſignatio ante faciem ſacerdotis: vt ſignificetur hic fructus & benedictio in ſacerdote, & in his, pro quibus offert permanere. Aliæ variæ expoſitiones ponuntur à doctoribus: ſed iſta plana eſt, & concordat prædictis.

Etiam circa hoc quod petitur, vt vota per angelum perferantur, & cætera. Nota quòd, vt tangitur ſupra in gloſſa, licet vbique ſit Deus: neque alicuius egeat auxilio aut cooperatione:

Quippe ſecundum apoſtolum. Omnia operatur in omnibus, poſſetque omnia ſolus operari ſine concurſu creaturæ.
Ex ſua tamen bonitate & ſapientia, honorans creaturam ſuam, coaſſumit eam ordinatè in ſuis operibus, & vt ait Dionyſius inferiora reducit ad ſuperiora per media, quod etiam in actibus angelorum hierarchicis, eorũ ſcilicet illuminatione, purgatione & refectione obſeruat, vt idem Diouyſius oſtendit in lib. de angelica Hierarchia. Hinc ſcriptura teſtatur, quòd angeli noſtras orationes & vota ſuſcipiunt, vt habetur in Thobia & Apoc. & alibi. Hinc ſecundum Paulum omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, &c. Quapropter dubium non eſt huic officio ob reuerentiam regis ſui angelorum multitudinem cum tremore aſsiſtere. Propter quod in præfatione dicitur: Per quem maieſtatem tuam laudant angeli, &c. tremunt potestates, quod maximè fit in hoc ſacratiſſimo myſterio, vnde Gregorius libr. 4. Dial. c. 50. Quis, inquit, fidelium, dubium habere poſsit, in ipſa immolationis hora ad ſacerdotis vocẽ cœlos aperiri. In illo Chriſti myſterio angelorũ choros adeſſe, ſummis ima ſociari, terrena cœleſtibus coniugi, vnum quoque ex viſibilibus & inuiſibilibus fieri. Ex

quo

quo conſideret ſacerdos quanto timore & tremore, quanta conſcientiæ puritate ipſe aſsiſtere debeat, vbi aſſunt puriſſimi ſpiritus ſumma cum reuerentia & tremore.

TEXTVS.

MEmento etiam in bono ad liberationem, qui nunquam obliuiſceris.

fidelium qui in obedientia mandatorum tuorum tibi famulati ſunt.

Pater clementiſsime

Dñe famulorum famularumq; tuarũ N. & N.

propter ſexuum diſcretionem.

Hic habeatur memoria ſpecialis defunctorum vt ſupra habita eſt viuorum.

Memoria mortuorum

defuncti viuentes

qui nos præceſſe-

charactere baptiſmali & operibus bonis fidē proteſtā tibus & ſignificantibus.

moriēdo

runt cum ſigno fidei, &

per mortē tēporalē, quę eſt mors prima

quia reſuſcitandi

amicitiæ cū deo per gratiam in qua deceſſerunt.

dormiunt in ſomno pa-

ſpecialiter commemoratis.

in fide formata defunctis.

cis. Ipſis domine & om-

in ſpe primę

nibus in Chriſto quieſ-

reſurrectionis.

à penis purgatorijs

cētibus, locum refrigerij

beatificæ viſionis quæ eſt lux maxima

in quo nulla eſt pœnalis afflictio.

lucis & pacis vt indul-

omnes qui hoc ſacrificium offerimus. Miniſterio, vt ſacerdos celebrans: voto, vt populus circumſtans.

concedas

geas deprecamur, per

pro

pro ſalute omnium ſe offerentem, & pro liberandis animabus patrum ad inferna deſcendentem.

eundē Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

fiat.

Hæc eſt pars ſexta principalis canonis. In qua poſt conſecratorum rememorationem, & ſalutis petitionem, hijs qui hoc ſacrificio perfruuntur ſubinfertur refrigerij & ſuffragij poſtulatio, & iterata ſanctorum inuocatio, quatenus petita concedantur. Et ſubdiuiditur in partes duas. In prima petitur refrigerium pro defunctis. In ſecunda imploratur ſuffragium pro viuis ibi: (Nobis quoque.) In prima parte oratur pro defunctis, primo pro quibuſdam ſpecialiter, deinde pro omnibus fidelibus generaliter: partes patebunt. ☞ Circa primum pia mater Eccleſia certiſsimè credens, quòd ſanguis Domini qui pro multis effuſus eſt in remiſsionem peccatorū, non ſolum ad viuētium, ſed etiam ad mor-

tuorum in Christo quiescentium salutem proficiat: atque ad absolutionem pœnarum pro peccatis debitarũ: statuit vt in quolibet missę officio suo loco de functorũ memoria habeatur: ac pro decedentibus in gratia in locis purgatorijs detentis preces offerantur, eisque fructus huius sacrificij applicentur: vnde ait sacerdos: Memẽto Domine, &c. ☞ Circa hanc materiam valent ea quę dicta sunt supra circa memoriam viuorum: quia similia hic intelligenda sunt de mortuis, quæ ibi dicta sunt de viuis: & quo ad fructus missæ applicationẽ: & quo ad memorandorum modum & ordinem. Sed hic plura specialiter tractari solent, scilicet quibus defunctis suffragia prosint. Quæ suffragia. Ad quid. Quorũ. An indulgentiæ prosint. Et an suffragia pro defunctis facta etiam facientibus sint vtilia. Supponitur enim ex ritu generali Ecclesiæ, scriptura & dogmatibus sanctorum, ꝙ suffragia viuorum defunctis prosint. De quibus omnibus latè tractatur Lectio. 56. vsque ad 59. Sed ne omnino prętermisisse videamur, concludiuè semotis probationibus quæ in allegatis lectionibus requirantur, aliquid breuiter dicatur.

Primo ad id quibus defunctis prosint suffragia dicitur breuiter quòd suffra-

fragia, auxilia, indigentibus conferentia, non prosunt beatis neque damnatis ad salutē, sed animabus in gratia decedentibus, & in pœnis purgatorijs detentis. Nam primi auxilio non indigēt. Secundi liberari non valent. Tertij in via sunt ad beatitudinem possidēdam, sed nondum completa satisfactione, retardati, pro quibus potest per alios in toto vel in parte satisfieri.

☞ De secundo dicitur: Omnia opera bona per charitatem vel intentionis directionem defunctis capacibus communicata proficiunt: Siue sint sacrificium, siue eleëmosynæ, siue oratio, siue ieiunium. Inter hæc verò præcipuum est eucharistiæ sacrificiū, & ea quæ effectū habent ex opere operato præferuntur illis quæ tantum proficiunt ex deuotione operantis, cæteris paribus. Alioquin habent se vt excedentia & excessa. Quo ad tertium: Ad quid valeant suffragia defunctis, est hæc propositio: Suffragia viuorum non valent defunctis ad status mutationem, neque ad nouorum meritorum acquisitionem. Valent autem ad pœnæ remissionem, ad beatitudinis accelerationem, & ad accidentalis præmij cumulationem. De quarto quorum suffragia proficiunt, pro quo sit hæc propositio: Suffragia habentia

bentia valorem ex opere operato, valent à quocunq; fiant. Valẽtia tantùm ex opere operante. Si procedunt ab exiſtenti in gratia vt à principali mouente vel agente, valent defunctis, etiam ſi executio fiat ab exiſtẽte extra gratiam. Si verò ab exiſtẽte immortali, dubium eſt an remittant pœnam temporalem.

Lect. 57. De quinto, vtrum indulgentiæ proſint defunctis, determinatum eſt per Papam Sixtum, quòd valent defunctis per modum ſuffragij, ita quòd ſi opus pium pro quo dantur indulgentiæ fit intentione acquirendi remiſsionẽ defunctis, prodeſt eis, præſertim ſi hoc in conceſsione indulgentiarum ſpecialiter & determinatè exprimatur. De ſexto, vtrum ſuffragium defuncto impenſum valeat impendenti viuo, eſt hæc propoſitio. Suffragium pro defuncto factum non minus valet facienti quantum ad meritum beatitudinis, quàm ſi pro ſe ipſo tantum faceret ſecus quantum ad conditionem ſatisfactionis. Nã opus ſatisfactorium non minus eſt meritum præmij eſſentialis, quàm ſi non eſſet ſatisfactorium, ſiue fiat pro ſe, ſiue alijs paucis vel multis. Sed quantum ad ſatisfactionem & pœnæ redemptionem, minuitur ſi multis applicatur, & penitus tollitur, ſi totus valor ſatisfactorius

ctorius alteri applicatur.

TEXTVS.

N viuentibus Obis quoque peccatoribus famulis

nemo ſine peccato.

per ſubiectionem humilem & obedientiam.

pluraliter dicitur propter multitudinem effectuũ miſericordiæ Dei, cum tamen in Deo ſit tantum vna miſericordia ſimpliciſsima, ſcilicet eius eſſentia.

nec infans vnius diei.

tuis de multitudine miſerationum tuarum ſperatione nec in operibus noſtris.

non in virtute

æternæ beatitudinis quæ inæqualiter poſsidetur, ideo pars petitur: in domo etenim patris manſiones multæ ſunt.

rãtibus, partem aliquam,

vt de mutua fœlicitate iocundemur per vnionem perfectæ charitatis.

& ſocietatem donare

tua gratia & benignitate ineffabili.

quos credimus beatifica viſione iã perfrui, & iucundiſsima ſocietate ſibi ineffabiliter congaudere.

digneris cum tuis ſanctis apoſtolis & martyribus.

vel Baptiſta, vel Euangeliſta prius cum memorato propter apoſtolatum, hic propter virginitatem, de qua à Chriſto commendatur, iungitur Stephano qui & ipſe fuit virgo.

cum Ioanne, Stephano,

ſorte in Apoſtolorum electo

cum Paulo in opus Euanlij ſegregato

Ioannis Euangeliſtæ diſcipulo.

Matthia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcelli

Papa ſexto à beato Petro apoſtolo.

presbytero.

exor

matre ſeptem filiorum martyrum.

exorciſta.

no, Petro, Felicitate,

virgine & matre conſtantiſsima.

matre inſigni.

Perpetua, Agata,

corpore iuuencula, ſed mente cana, vt ait Ambroſius.

nobiliſsima Romana.

Syracuſana.

Lucia, Agnete, Cecilia,

iam in beatiſſimis ſedibus collocatis, tua viſione & fruitione beatis.

carceris anguſtia & igne conſummata.

Anaſtaſia, & omnibus

ſanctis tuis: intra quorum nos conſortium

per beatitudinis participationē.

quantum ad ſuum naturalem valorem, qui nullius momenti eſt reſpectu æternorum.

quia vltra condignū præmias.

non æſtimator meriti,

in peccatorum remiſsione gratioſa

ſed veniæ quæſumus liberaliſsimus.

largitor admitte, per qui nobis beatitudinem meruit, & claue crucis ſuæ meritum regni patefecit efficaciter.

Chriſtum Dñm noſtrũ.

☞ Poſt petitum refrigerium defunctis, petitur ſuffragium pro viuis. Et conſortium cum ſanctis triumphantis eccleſiæ membris. Reducuntur quoque in hoc ſacrificio acta in perſonam patris, omnia hæc per filium operantis, & ſecundum hoc, pars illa ſub partiri poteſt in tres particulas, ſecunda ibi: Cum ſanctis Apoſtolis) tamen pars prima currit cum ſecunda, tertia ibi: Per quem hæc omnia.) Et patet ſententia textus ex gloſ. interlinia. Sed circa hoc quod dicitur: (non æſtimator meriti) poſſet dubitari quomodo hoc verum ſit, cùm vbique ſcriptura clamet Deum fore iuſtum iudicem, & retributorem vniuſcuiuſque ſecundum opera ſua. Sed dicendum quòd Deus non eſt æſtimator meritorum ſecundum valorem quem habent præciſe ex natura actus ſecun-

ſecundū ſe & ſuum naturalē valorem, quia ſi ſic, nō præmiaret actus noſtros tēporales præmio æterno. Siquidē improportionabiliter excedit præmiū æternū valorem actus temporalis. Eſt tamen iuſtus retributor meritorum ſecundum ſuam acceptationem ad præmium liberaliter pro tali actu promiſſum. Et per hoc etiam ſoluitur illa contrarietas, qua aliquando dicitur, quòd nullū meritum noſtrum eſt condignum vitæ æternæ, ſecundum illud Chriſti: Cū feceritis omnia quæ præcepta ſunt. dicite: Serui inutiles ſumus. Luc. 17. Quandoque dicitur oppoſitum, vt eſt illud Apoc 3. Ambulabunt mecum in albis, quoniam digni ſunt. Et illud Colloſſen. 1. Gratias agentes Deo & patri, qui dignos vos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine. Et 2. ad Theſſalo. 1. Vt digni habeamini in regno Dei, pro quo & patimini, &c Multa ſimilia habentur in ſcriptura. Opera enim noſtra ſecundum naturalem aut moralē bonitatem ſuā, nō ſunt digna æterna vita. Sed in quantū procedunt à gratia, & vt relata ad diuinam promiſsionē, qua bene operātibus promiſit vitā æternam, & ſe eis ſua voluntate libera debitorem conſtituit æterni præmij: ſic ſunt merita condigna præmij

mij æterni: & de hoc latè, ac de conditione ac distinctione meritorum nostrorum tractatur Lect. 59. Etiam in fine huius clausulæ secundũ ordinem Romanum non dicitur Amen. Vel propter connexionem sequentis clausulæ: (Per quem hæc omnia) in cuius principio ponitur relatiuum (quem) referens Christum Dominum nostrum in fine præcedentis clausulæ, vel alias causas parum concludentes.

Christum filium tuum naturalem.

PEr quem hæc omnia

contenta pater clementissime Domine

secundum naturæ conditionem.

in esse naturali constituendo.

semper bona creas,

ad cultum diuinæ maiestrati deputando.

increatæ vitæ vniendo.

Sancti ✠ ficas, Viuifi-

spiritualibus gratia & donis perficiendo.

✠ cas, Benedi ✠ cis, &

in

in noſtram ſalutem ordinando.

præſtas nobis.

☞ Tertia particula in qua acta in hoc myſterio reducuntur in patrem per operantem filium, & ſecundo coucludendo canonem, honorem & gloriam Trinitatis reducit in Chriſtum, ibi (per ipſum.) Circa primum aduertendum, quòd (hæc) poteſt demonſtrare vel panem, vinum, & aquam, quæ ibi fuerunt demonſtratione imperſonali, & nunc non ſunt, ſed ſpecies eius manent, quæ ſunt ſacramentum, & non res ſacramenti. Vel poteſt demonſtrare rem ſacramenti, & non ſacramentũ, puta corpus & ſanguinem Chriſti præſentes, quæ ſunt res & ſacramẽtum quia alterius rei ſignũ. Vel poteſt demonſtrare rem tantum ibi ſignificatã, & nõ contentam, ſcilicet membra corporis Chriſti myſtici, quæ etiã myſticè offeruntur in hoc Sacramento, & ſecundum hoc poteſt hæc clauſula tripliciter exponi. Primo modo (per quem) Chriſtum omnia, id eſt, panis, vini, & aquæ conſecrationis materiam valde & ſemper bonam creas per naturæ conſtitutionem, (ſanctificas) per verbum & orationem, (viuificas) per vitalem conuerſionem: bene-

benedicis per gratiæ exuberationem, & præſtas nobis per liberaliſsimam largitionē. Secundo modo ſic (per quem) Chriſtum (hęc omnia) corpus & ſanguinem (ſemper bona) quantū ad omnem ſpeciem boni. Sunt quippe bona vtilia ad reformationem vitæ labentis ſpiritualis honeſta ad rememorandum opera ſalutis, delectabilia ad promouendum effectum intimę deuotionis. Hæc inquam, creas, ipſa in ſacramentū adducendo (Sanctificas) ſacris velaminibus obtegendo (viuificas) increatæ vitæ vniendo (benedicis) ſpiritualibus donis & beneficijs implendo (& præſtas nobis) miſericorditer largiendo. Tertio modo ſic: (Per quem Chriſtum) tu pater, cuius eſt autoritas maieſtatis, omnia ſemper bona, id eſt, omnes fideles in hoc ſacramento ſignificatos, creas in natura bona conſtituendo, ſanctificas, à peccato purgando: viuificas, gratia & virtutibus ad vitam præparando, benedicis viuificatos gloria coronando. Et præſtas nobis, bona gratiæ & gloriæ, ſine quibus nemo attingit conſortium beatorum. Si quæris: Cùm pater nihil habet à filio, ſed filius omnes, omnia à patre, pater autem à ſeipſo, cur dicitur, creare, ſanctificare, viuificare, benedicere per filium? ſicut alibi dici

dicitur de filio, omnia per ipſum facta ſunt. Reſpondetur breuiter: Pater rationabiliter operatur per cognitionem operatorũ & operationis, & ita per ſapientiã & artẽ, & quia filius eſt ars & ſapientia genita patris, non quòd pater cognoſcat aut ſapiat formaliter ſapientia genita, quæ eſt filius, ſed quia in filio genito à patre per modum intellectus, & vt verbum patris tanquam in verbo genito, relucent velut in ſpeculo limpidiſsimo omnia à patre cognita, & per conſequens omnia operabilia. Ideo dicitur creare &c. per filium, in quo relucent Ideæ, & rationes omnium quæ creantur. Et quia pater nædum ſcienter, ſed & voluntariè omnia extra ſe producit, verè dici poteſt omnia producere per ſpiritum ſanctum, qui à patre procedit per modum voluntatis, quia per modum amoris. ☞ In illis tamẽ locutionibus (per) non dicit circumſtãtiam cauſæ inſtrumentalis, ſed identitatem principij conſubſtantialis, vnde cùm dicitur pater agere per filium vel ſpiritum ſanctum, tantùm valet, ac ſi diceretur: pater agit per filium & ſpiritum ſanctum, tanquam per vnum ſibi conſubſtantiale principium. Nam pater agit formaliter ſua eſſentia, quæ vna & eadem eſt in tribus, ergo omnes

tres

tres agunt vno principio, & ſunt vnum principium, vnum agens, vnus creator, vnus ſanctificator, vnus beatificator. Ex alia tamen cauſa etiam dicitur operari noſtræ ſalutis opera per filium, vt puta glorificare, ſanctificare, gratificare, benedicere, &c. Quia filius qui ſolus eſt incarnatus, meruit nobis ſalutem, & ideo quando (per) dicit circumſtantiam cauſæ meritoriæ, tunc pater operatur opera noſtra ſalutis tantùm per filium, non per ſeipſum, nec per ſpiritum ſanctum, quoniam pater non meruit, nec ſpiritus ſanctus, ſed ſolus filius. ☞ De ritu ſeruato in præmiſsis, quantum ad tunſionem pectoris, exaltationem vocis & ſignationē crucis, dicetur poſt expoſitionem ſequētis particulæ.

TEXTVS.

PEr ip ✠ ſum & per quem omnia creas, & nobis innoteſcis.

per quem creata gubernas, & ei ſubſtantiam & omnia tua communicas natiuitate æterna.

cum ip ✠ ſo, & in

in

in quo omnia cõſummas,& velut in imagine & ſpeculo videris & coruſcas.

vero.

ip ✝ ſo, eſt tibi Deo ✝ per naturam,à quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur.

quia vigoris infiniti,cui cum voluerit ſubeſt poſſe.

Patri omnipotenti, in in cõmunione eſſentiali.

qui amor eſt & nexus amborũ patris & filij.

vnitate ſpirituſ ✝ ſancti, omnis honor & clara cum laude notitia

cuiuſlibet virtutis,ex te,tanquam originale fonte profluens.

tempora.

gloria. Per omnia ſecula ſæculorum. Amen.

reſpondet populus conſentiendo. i. certè & verè aduerbialiter.

temporum,quod eſt æternaliter, ſine fine

☞ Vltima

☞ Vltima Canonis particula, in qua honorem patris per filium, reducit ad filium, tanquam communem gloriam patri & filio & ſpiritui ſancto debitam, vnde concludit quòd omnis honor diuinę virtutis, & gloria laudis, eſt patri per filium eum clarificantē, & mundo, verbis, opere & miraculis ſuaq́; paſsione, reſurrectione & aſcenſione manifeſtantem. Vnde ait: Pater, manifeſtaui nomen tuum hominibus quos dediſti mihi. Et iterum: Pater clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te. Ioh. 17. ¶ *Et cum ipſo*,) tanquam tibi conſubſtantiali & coæterno, cuius ſunt tua omnia, vt ſupra: ſcilicet eſſentia, bonitas, ſapientia, virtus & potentia, & per conſequens honor, reuerentia, laus & gloria. ¶ *Et in ipſo*) in quo tanquam in imagine relucet omnis paterna perfectio. Ipſe enim eſt ſplendor paternæ gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius ad Hebræ. 1. Candor lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis illius. Sap. 7. In ipſo denique conſtant omnia. Coloſſ. 1. Et in ipſo cōplacuit omnem plenitudiuem inhabitare, ibidem Igitur in ipſo eſt tibi pater, honor & gloria, tanquam in eo, in quo conſubſtantialiter exiſtis. Tu in ipſo, & ipſe in te, tam ſingulari quàm incompre-

prehenſibili inexiſtentię modo.

☞ Nunc exponenda ſunt myſteria ritus & geſtus circa prædicta. Cùm ſacerdos poſt defunctorum memoriam ad viuos redit dicens: Nobis autem peccatoribus, pectus tundit, quaſi ſigno viſibili ſe profitens peccatorem, ſignificans ſimul in pectore inexiſtentem contritionem, & quia tunſio eſt quædam afflictio, per eam deſignat ſatisfactionem. Fit autem hæc tunſio tribus vltimis digitis, quoniam pollex & index quibus ſacramentum tractauit, non debent ſeparari, donec poſt ſumptionem abluti fuerint: ne forte ſi aliquid ſacramenti digitis illis adhæreat, per contactū alterius rei decideret, aut irreuerentia ſacramento exhiberetur. Fit igitur tribus alijs digitis, ad denotandū ſe tripliciter peccaſſe, corde, ore & opere. Exaltat etiam vocem ad ſignificandū vocē latronis, aut centurionis, dominum in morte profitētis. Vel exaltat vocem, dans ſignum populo, vt & ipſe populus confiteatur ſe peccatorem & contritum pectora ſua ad ſacerdotis exemplum ſimiliter tundendo. Deinde ſacerdos in verbis ſanctificas, viuificas, benedicis, facit tres cruces, & eſt ſexta ſignatio quæ fit ſuper vtrunque, oblatam ſcilicet & calicem coniunctim, ſignifi-

nificans triplicem orationem quam Dominus in cruce fecit. Primam pro ſuis crucifixoribus dicens: Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. Secundam pro ſua liberatione à morte, cùm clamans voce magna ait: Hely Hely, &c. Tertiã pro adeptione gloriæ dicẽs: Pater, in manus tuas commendo ſpiritum meum. Septima ſignatio fit cum ſacramẽto ducto ſuper calicem, faciendo tres cruces in verbis (per ipſum, & cum ipſo, & in ipſo) quibus repræſentantur tres horæ crucipendentiæ Chriſti in cruce. Siquidem ſexta hora affixus eſt cruci, & hora nona exclamans tradidit ſpiritum. Vel vt alij dicunt, tres illæ cruces ſignificãt, quòd Chriſtus ſuſtinuit paſsionem, propaſsionẽ, compaſſionẽ, paſsionẽ in dolore corporis, propaſsionem in triſtitia mentis, compaſſionẽ in contritione cordis pro crucifixorum & totius generis humani peccatis. Vel vt tertij dicunt, per tres cruces ſignificãtur tres paſsionis conditiones, ſcilicet eius diuturnitas, quæ durauit à principio incarnationis vſq; ad horam expirationis. Per ſecundam deſignatur eius integritas ſiue generalitas, quia repleuit carnem & mentẽ, ſingula membra corporis, & omnes portiones animæ & rationis. Siquidem ſecundum

pro-

portionem inferiorem triſtatus eſt de læſione proprij corporis, ſecundum ſuperiorem, de offenſione Dei patris. Vnde clamat per prophetam: Repleta eſt malis anima mea. Per tertiam crucem repræſentatur paſsionis acerbitas, quæ pertingebat vſque ad interiora animæ & ſpiritus. Hinc Pſal. Intrauerũt aquę vſque ad animam meam. Atque inundationes ſunt pœnarum. Siquidẽ commenſuratur acerbitas magnitudini amoris, tam patris quàm humani generis. Hinc Hieremias in Threnis: O vos omnes quia tranſitis per viam, attendite & videte, ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus.

Fit autem hæc ſignatio cum ſacramento corporis ſuper calicem, qui paſſionem ſignificat: quia Chriſtus ipſe non coactus, ſed volens cum deſiderio ſe paſsioni obtulit ex obediẽtia patris, & amore noſtræ redemptionis. Hinc Iſa. Oblatus eſt quia voluit. Dum autem hæ cruces ſignantur ſuper calicem, calix detegitur, quia in Chriſti paſsione velum templi ſciſſum eſt, & reuelata ſunt ſancta ſanctorũ. i. omnia myſteria legalium ſacrificiorum veritate figuris ſuccedente. ☞ Septimã ſignationem ſtatim ſequitur octaua, dũ in ſequentibus verbis duæ cruces fiũt extra calicẽ,

cum eodem corporis Christi sacramento: vna in verbis) est tibi Deo patri omniporenti.) Alia in verbis. (In vnitate spiritussancti.) Quibus notatur separatio animæ à corpore per mortem saluatoris Christi, quæ facta est spontanea eius voluntate: secundnm illud Ioh. 10. Nemo tollit animã meã à me, sed ego pono eam à meipso. Et licet in Christo tres sint substantiæ, scilicet diuinitatis animæ & corporis, tamẽ solũ duæ fuerunt ab inuicem in morte separatæ, scilicet anima à corpore. Diuinitas enim à neutra, nec à corpore nec ab anima fuit in morte separata. Ipsa enim deitas cum carne mortua fuit in sepulchro, ipsa cũ anima descẽdente fuit in inferno. Fit autẽ hæc signatio extra calicẽ: quia vt dictũ est, hæc separatio facta nõ est violẽtia passionis, sed potestate propriæ voluntatis. ☞ Porrò sacerdos reducens corpus domini super calicẽ ipsum parum eleuando cum calice, silentiũ interrũpit dicẽs, voce exaltata: Per omnia secula seculorũ, vt circumstantes respõdeant: Amen, quo per mysterium significatur, quòd Christus maior fuit & fortior seu vigorosior passione per calicẽ significata, & ꝙ nequaquam deiectus fuit in passione, sed vsque in finẽ constans: ita vt ad vocem tentantium

Iu-

Iudæorum nequaquam de cruce deſcenderit. Exaltatio vocis clamor magnus eſt expirationis. Siquidem clamãs voce magna: In manus tuas pater commendo ſpiritum meũ, expirauit. Quod chorus reſpondet: Amen, lamentationẽ ſignificat ſequẽtium mulierum. Depoſitio hoſtiæ ſuper pallã altaris, ſignũ eſt inuolutionis corporis Domini decruce depoſiti in ſyndone munda, à Nicodemo & Ioſeph ab Arimathia in ſepulchro nouo, in quo nondum quiſquã poſitus fuerat. Et tantùm de his myſterijs & abbreuiatura expoſitionis ſacri canonis.

¶ *Sequitur pars altera de huius ſacrificij communione.*

OREmus præceptis ſalutaribus moniti, & diuina inſti-

nos fragiles, & nobis ipſis inſufficiẽtes patrem, à quo omne bonum.

ad ſalutem veram nos inducentibus

vtriuſque teſtamenti ſcripturis

ſummi ſcilicet magiſtri, qui nec fallere nouit nec falli.

instructi, quid, â quo, & quomodo oremus.

tutione formati au-

non temeraria præsumptione, sed humili subiectione, spe tamen certissima ex diuina promissione firmati.

demus dicere.

Post canonẽ sequitur cõmunio, tertia pars missæ principalis, in qua postquam in prima totius missæ parte, premissa est præparatio populi & offerendorũ, quæ dicitur missa Catechumenorũ. Et in secũda parte quæ canõ dicitur, subiũcta est cõsecratio oblatorũ. In hac tertia parte, quæ rectè cõmunio nominatur, proceditur ad participationẽ cõsecratorũ. In prima parte populus illuminatur, & materia idonea altari cõsecranda præsentatur. In secũda forma traditur qua eucharistia cõficitur, & summo Patri sacrificatur. In tertia & finali, ipsum sacrificiũ cũ benedictionis plenitudine manducatur. Diuiditur autem hæc pars in tres. In prima ad sacrã eucharistiæ sumptionẽ preparatio, cũ exhortatione premittitur. In secũda cõmunnio eucharistię sumptione perficitur. In tertia cũ gratiarum actione mysterijs finis impo

imponitur, secũda ibi: Per eũd. d. n. Tertia in antiphona post quæ cõmunionis secundũ officiorũ diuersitatẽ variatur.

☞ Circa primũ, quia huiusmodi præparatio p orationẽ à Deo petitur, quoniam ad eam ex nobis insufficiẽtes sumus, præmittitur ad orãdũ misericordẽ & clemẽtissimũ patrẽ exhortatio. Secũdò ponitur ipsa oratio ibi: Pater noster.

Circa primũ sacerdos exaltata voce oẽs prẽmonet petere, exhortãdo dicens: Oremus. Et ad excusationẽ temeritatis & præsumptionis allegat præcepta diuina, monita, & informãtia nos instituta, & páter text⁹. Cõiũgitur autẽ hoc præcepto monitio, quia hic cuius doctrina in orãdo instruimur, dominus est & magister. Domini autẽ est prẽcipere, magistri instruere & monere, ideo hæc tria simul copulantur: præcepta, monita, & doctrina instituta. Quia autẽ ad orandum hìc admonemur, aliqua generalia de oratione latius in lectio. 61. 62. & 63. digesta summariè recitemus. Primò igitur considerandum, quòd ad orationem duo requirũtur, scilicet desideriũ assequẽdi bonũ, vel remouendi malum ab aliquo concedere potenti. Secundò expressio huius desiderij ei à quo obtineri desideratur. Nam solùm desiderium non est oratio, quippe multi desi-

derant aliqua ſibi dari, quæ tamen non petunt, ſed cum ſilentio expectãt, & illi nõ orant, cùm oratio ſit petitio quædam. Similiter multi quæ deſiderãt ſuo ingenio & labore adquirunt, & nec illi deſiderando orant. Requiritur ergo expreſsio aut inſinuatio deſiderij ei à quo ſperatur obtineri. Nec ſola expreſsio ſufficit, quoniã ſi exprimeretur deſideriũ quod non ineſſet, iam falſa eſſet expreſsio, atque ficta, & ita non meretur dici oratio. Actus deſiderij ad voluntatẽ pertinet: actus exprimẽdi ad intellectum, & poteſt indifferenter accipi oratio vt ſupponat pro actu voluntatis, cõnotando actum intellectus, vel è conuerſo, & ſecundum hoc ſic vel ſic diffiniri. Quia tamen petitio eſt genus orationis, quę dicit expreſsionem deſiderij, videtur quòd oratio magis propriè dicat in ſubſtrato actũ intellectus, ſcilicet expreſsionẽ, & in cõnotato deſiderium voluntatis. Neutrum tamen ſine alio eſt oratio. Ex quo patet, q̃ ꝓferre verba ſine intellectu, aut cũ intellectu & apprehẽſione eorũ, ſed ſine deſiderio nõ eſt orare, ſed inutiliter & fruſtra verboſitarẽ. Et licet petitio fieri ſoleat tã ad Deum quàm ad hominẽ, tamẽ ſecũdum vſum ſanctorũ illa ſolũ quę fit ad Deũ tanquã ad principalẽ & per ſe ſufficiſ-

ficientē præstare petita ꝓpriè dicitur oratio. Vnde potest sic describi. Oratio est petitio quæ ad Deū dirigitur mediatè vel immediatè. Petitio ponitur ꝓ genere: & est locutio inclinatiua alterius ad præstandū bonum desideratū, vel remouendum malum nolitum. Et sic petitio includit tria, scilicet locutionē siue expressionem desiderij alicuius alteri vt præstet & decentiā eius ꝙ desideratur, & ipsum desideriū. Et accipitur hic locutio siue expressio generaliter, vt extendant se ad locutionē mētalē, vocalem, & eam quæ fit per signa exteriora. Est autē locutio mētalis cogitatio alicuius vel aliquorū, vt ea alteri innotescāt hoc modo dū cogitamus, vt Deus cogitatiōes nostras videat. Loquimur Deo, & angelus aliqua cogitans vt alius angelus videat loquitur angelo cui vult innotescere suam cogitationem, & per consequens desiderium aut rem cogitatam. Et per hoc etiā patet, quòd qui petit illicita à Deo, non orat, sed blasphemat. Et ideo alij expressius diffiniunt orationē: Est petitio decentium à Deo, mediatè vel immediatè. Dicitur à Deo, quia petitio facta ad aliū, non est propriè oratio. Dicitur mediatè vel immediatè, quia petitio quę fit ad sanctos tanquā ad intercessores immediatè, fit

etiam ad Deum mediatè dum quod petitur non a ſanctis tanquam ab auctoribus principalibus, ſed à Deo obtineri per ſanctos deſideratur: & per hoc oratio dici meretur. Ex illo patet ad quem fieri poſsit oratio, quia ad ſolum Deum tanquam ad principalem, & poteſtatem concedendi petita habentem. Ad ſanctos autem tanquam ad mediatores. ☞ Secundò ſequitur, quòd oratio eſt actus rationis ſiue intellectus, quia eſt locutio quædam quæ ad intellectum pertinet, non tamen ſine actu voluntatis, qui eſt deſiderium. Tertiò ſequitur, quòd oratio pertinet ad virtutem latriæ. Nam orans proteſtatur orando, Deum eſſe ſummum omnium principium, in ſua poteſtate plena habentem omnia quæ petit, & per hoc Deum adorat, & ipſum tanquã Deum colit, quod eſt latriæ adorare.

Huius tot ſunt ſpecies quot animi affectus ac indulgentiæ humanæ in adquirendis bonis, & malis remouendis. Petet etiam que peti poſſunt, quia omnia, quæ licitè deſiderantur. Quorum aliqua ſunt ſimpliciter bona, quibus ſcilicet nemo malè vti poteſt: formaliter ſaltem, vt ſunt gloria, virtutes, gratia, peccatorum remiſsio, &cæt. Et hæc ſimpliciter peti poſſunt. Aliqua ſunt qui-

quibus & bene & malè vti poſſumus ſunt bona naturalia animæ & corporis, atque exteriora : & hæc non licet petere ſimpliciter & abſolutè, ſed ſub conditione ſaltem implicita, in quantum proſunt ad ſalutem, & conformia ſunt diuinæ voluntati . Quibus verò bene vti non poſſumus, vt quæ ſine peccato haberi non poſſunt, omnino petere non licet. Conuenit autem orare omni rationali creaturę, hominibus ſcilicet & angelis, non damnatis . Non Deo, quia ſuperiorem non habet. Non brutis, quia ratione carent & intellectu. Chriſto autem & ſi creatura non eſt, habet tamen creaturam ſcilicet humanitatem ſibi vnitam: ratione cuius ſibi conuenit orare maximè pro nobis. Hinc Iohannes : Aduocatum habemus Ieſum Chriſtum, & ipſe interpellat pro nobis . 1. Iohan. 2. Damnati verò quia obſtinati decentia appetere nõ poſſunt, ideo non eis conuenit orare, licet poſsint petere & poſtulare.

☞ Poteſt autem oratio fieri indifferenter mentaliter tantũ aut ſimul mentaliter & vocaliter . Sed non vocaliter tantum, quia verba quæ vocaliter tantum proferuntur, ſine deſiderio & appræhenſione eorum quæ peruntur, non merentur dici oratio, vt dictũ eſt: Ora- *Lect. 52.*

tiones aut publicas & ad quas aliqs ex officio tenetur vocaliter fieri oportet, non tantũ mentaliter, quia illæ populo pro quo fiũt innotescere debẽt, vt & ip se miniſtris eccleſię ſe conformet. Priuatæ verò & ſingulares orationes, vtroq; modo fieri poſſunt, ſcilicet corde tantùm vel ſimul corde & ore. Nã ꝓpter eũ qui oratur, deũ ſcilicet, ſufficit oratio interior quoniam ipſe intuetur cor. Sed vocalis expreſsio eorum quæ corde deſiderantur vtilis eſt propter orantẽ, vt animꝰ eius verbis vocalibus in Deũ excitetur, mẽs per verborum contextũ ad petenda inſtruatur, memoria iuuetur, euagatio tollatur, debitũ reddatur, dum ſcilicet aliquis ad vocaliter orandum ex voto aut iniũcta pœnitentia officio vel aliàs obligatur, vt redũdantia mẽtis in corpus nõ prohibeatur, iuxta illud: Cor meum & caro mea exultauerunt in te Deo meo. Vt proximus inſtruatur, & ad orandum prouocetur, vnde cum oratio vocalis ordinetur in mentalem, ſic moderari debet, quemadmodum plus deſeruit deuotioni excitandæ & conſeruandæ, vnde ſi illam promouet aſſumenda eſt, ſi impedit relinquenda, Quod verum eſt, niſi quis ad vocaliter orandum vel exprimendum obligaretur, tunc enim mẽtaliter tantùm orando

do non ſatisfaceret. ☞ De loco orationis & tempore dicitur, quòd licet in omni loco & tempore congruat orare ſecundū illud Pſalm. In omni loco dominationis eius benedic anima mea domino, & illud ſaluatoris: Oportet ſemper orare & non deficere. Multum tamen congruit in eccleſijs & locis conſecratis orare, & eſt quandoque debitum vt miniſtris ad hoc ab eccleſia inſtitutis, & dum populus tenetur ad diuina in eccleſia cōſecrata audienda. Eſt autem vtile propter loci ſanctitatem, propter eccleſiæ orationes in eius conſecratione pro orātibus in eis factas, propter præſentiam euchariſtiæ & ſanctorum angelorum, ac reliquiarum ſanctorum, propter concurrentiam populorū ſe mutuò in orationibus iuuantium, ac ſuis exemplis ad deuotionem prouocantium. Quamuis nonnunquam frequentia populi ſit impedimentum deuotioni, & tunc ſatius eſt orare in cubiculo, clauſo ſuper ſe hoſtio, patrem in abſcondito. Quamuis hoc etiam fieri poſsit in populi frequentia, vt quis oret in cubiculo ſui cordis, clauſo oſtio euagantium ſenſuum exteriorum. Sic omni tempore licitum eſt orare, imò ab oratione nunquā ceſſandum, per diuerſionē ad cōtrarium orationis, quod

ſit per peccatũ mortale, ſed ſemper debet in nobis eſſe deſiderium charitatis, adminus ſecundum habitum, quo inexiſtente ſemper oramus. Sed quantum ad actum orandi, vbi eccleſia tẽpora nõ diſtinguit vſu vel præcepto, arbitrio committitur vniuſcuiuſq; quãdo oret, ſicut de loco. Licet tempora celebratæ digeſtionis videantur eſſe magis apta. Vbi verò eccleſia tempus determinat conformandum ſe eſt vſui eccleſiæ.

☞ De geſtibus verò corporis, vbi eccleſia quantum ad orationes publicas nihil determinat, relinquitur quilibet ſuo ſenſui, vt ita corporis compoſitionem teneat, prout deuotioni, reuerentiæ, & humilitati magis ſeruire experitur. Vt tamen ſemper vitetur ſcandalum, phariſaica hypocryſis & ſuperſtitio deteſtanda, vbi verò eccleſia aut generalis conſuetudo loci aliquid determinat, huic debet ſe quilibet quantum poterit conformare, ſiue in inclinationibus, genuflexionibus, manuum ad cœlum eleuationibus, proſtrationibus, capitis nudationibus & ſimilibus. ☞ De attentione in orationibus habenda, ſiue ad verba, ſiue ad verborũ ſignificata, ſiue ad cauſam ſeu finem orandi ſcilicet ad conſecutionem petitorũ certũ eſt ꝙorare ſine attẽtione actu-

actuali & virtuali modici eſt meriti, tamen dum quis voluntariè orat non ex debito, ſicut non orando, non peccat, ſic etiam non peccat non attendendo: Sed de orationibus ad quas quis obligatur, vt horas canonicas, pœnitentiam &c. requiritur talis attentio ſaltē ad verba, vt ea integrè proferat, & nō voluntariè ex deliberatione eā ad alia ſe conuertendo excludat: ſed cum ſentit ſe diſtractum poſſe diſtractionem excludendo ad attentionem verborum, quæ profert ſe reducat. Non autem obligatur Eccleſiæ præcepto ad attentionem ſenſus verborum, ſiue finis orationis immediati, ſiue mediati, vel ad alios effectus orationis, quia præceptum eccleſiæ de oratione, quia poſitiuum & humanum eſt, non cadit niſi ſuper vocum prolationem, quæ ſola ſubiacet eccleſiæ iudicio, & non ſuper actus interiores. Licet tamen eccleſia præcipiens intendat vt fiant attentè, deuotè, & finaliter propter Deum, hoc tamen non præcipit. Veruntamen ſi orans voluntariè diſtraheretur, vel aduertens ſe diſtrahi voluntariè, & ex deliberatione diſtractionem continuaret, nec ſe reuocare vellet, peccaret agendo contra mentem eccleſiæ præcipientis, & ad repetitionem teneretur: quoniam ſecus eſt

præceptum seruare præter mentem seu non ad mentem præcipientis, & seruare contra mentem eius. Secundum, includit contẽptum, non primum, ideo secũdus peccat, non primus, de hoc latius lectio. 62. ☞ Quantum verò ad alios orationis fructus siue effectus, scilicet mereri, impetrare, mentem spiritualiter delectare & reficere, quantò attentius orat siue ad sensum, siue ad finem, tantò magis eos consequitur. Nec tamen semper requiritur attentio actualis, sed quandoque sufficit virtualis.

Lect. 63

Vt autem oratio sit impetratoria eius pro quo oratur, quatuor conditiones requiruntur secundum doct. scilicet vt fiat piè, perseueranter, de his quæ pertinẽt ad salutem, & pro se. Piè, id est, religiosè, puta ex fide, spe & charitate. Vnde qui est in mortali peccato non petit piè, perseueranter, quantum ad desiderium eius pro quo oratur, vt non diuertat ad contrarium, quo se reddat exauditione indignum. Differt enim dominus quandoque dare quod petitur ad maiorem petentis vtilitatem. De his quæ pertinẽt ad salutẽ, vt sunt regnũ cœlorũ, & iustitia eius, & necessaria corporis, sine quibus homo viuere non potest, & ita nec mereri. Et quoniã multa petimus de quibus certi non sumus

an

an proficiat ad ſalutem vel ne, ideo talia petēda ſunt ſub cōditione, inquantum dominus nouerit illa nobis profitere ad noſtram ſalutem. Pro ſe, quia contingit orationem factam pro alio, per indiſpoſitionem eius pro quo oratur non exaudiri. Iſtis conditionibus ſtātibus ſemper exauditur oratio à Deo ad vtilitatem orantis, & ſi non ſemper ad eius voluntatem. Deficientibus autem illis quandoq; auditur ex ſola Dei miſericordia, quandoque non. Semper tamē ſi ex charitate procedit, meritoria eſt vitæ æternæ oranti, etiā dū nō impetrat ea quæ particulariter poſtulātur, de hoc lect. 63. Hac de oratione in genere. Nūc de oratione dominica in ſpecie.

P Ater noſter qui es in cœlis

vniuerſalis, oīm. Creatione, gubernatione, & neceſſariorum prouiſione, item prędeſtinatione, redemptione, inſtructione, adoptione.

ſpecialis adoptādo, erudiēdo, ad vitā ęternā nutriendo.

immutabili ter in te ipſo ęternus, ſem per idem ipſe

ſpiritualibus & corporalibus per operum ſublimitatem.

Præ-

Præmiſſa exhortatione ad orandum pium & miſericordiſsimum patrem, conſequenter ponitur ipſa oratio. Et primò ponitur oratio dominica. Secundò eius emboliſmus, id eſt, oratio ſuperexcreſcens, & præcedentem orationem dominicã quãtum ad vltimã eius clauſulam declarans, ibi: Libera nos domine) Oratio dominica quæ omnes alias orationes vincit dignitate, breuitate, & fœcũditate, quia à magiſtro magiſtrorum compoſita, paucis verbis profunditate ſententiarum copioſis ædita, omnium quæ petere decet eſt contentiua, vnde Auguſt. ad Probã: Si omnium ſanctarum precationum verba tranſcurras, quantum æſtimo non inuenies quod iſta oratio dominica non contineat, vnde nihil aliud petere licet à domino, quàm quòd iſta oratione comprehenditur: quamuis ipſa eadem etiam alijs verbis liceat poſtulare.

☞ Iſta inquam oratio diuiditur in exordium, tractatum & concluſionem. Secunda pars ibi: Sanctificetur) Tertia ibi: Amen.) In exordio eius qui petitur captatur beneuolentia. In tractatu petitionum quas fundimus, ſubiungitur continentia. In concluſione optatur orationis exauditio & efficacia. Captatur autem beneuolentia Dei quem oramus

mus, non vt immutabilem flectamus, vel vt eius beneuolentiam præueniamus, quia ipſe prior dilexit nos, ſeu vt indigentias noſtras ſibi inſinuemus: videt enim neceſsitates noſtras priuſquã petamus. Sed vt in nobis ipſis de ſua beneuolentia certam fidem ac ſpei fiduciam excitemus. In quatuor igitur in verbis exordij commendatur A dilectionis magnitudine, quæ in filios nos adoptat, cùm dicitur pater, à liberali bonitatis ſuæ diffuſione, qua ſe nobis donat, quia noſter. Ab immutabili perpetuitate, qua ſemper conſtat cùm dicitur: ¶ *Qui es.*) A potentia & dignitate qua omnibus imperat, quia in cœlis ☞ Circa primum dicimus, diuina inſtitutione formati, &c. ¶ *Pater*) quõd hîc accipitur eſſentialiter, vt conuenit toti Trinitati. Nam oratio hæc fit ad Trinitatem. De ſignificatione autem huius nominis pater, habes ſupra in principio canonis. Eſt autem Deus pater noſter, non naturali generatione, ſed prædeſtinatione, creatione, redemptione, gubernatione, inſtructione, & adoptione. Sed hic attendat orans cùm dicit: Pater, vt ſe exhibeat filium: paternam imaginem vitæ ſuæ ſimilitudine imitando, & finaliter diligẽdo. Additur, non meus, quòd ſolius vnigeniti

filij

filij est verbi in diuinis, sed noster, quia generalis pater omnium mortaliũ est, quos imaginis suæ similitudine insigniuit. Et vide quemadmodum in primo huius fœcundissimæ orationis verbo excitamur ad dilectionem Dei patris nostri. In secundo ad amorem proximi. In qua duplici dilectione tota lex pendet & prophetæ. Nam cùm vnum patrem pijssimum & optimum profitemur nos habere in cœlis, per consequẽs nos profitemur esse fratres in terris. Sequitur: ¶ *Qui es*) hoc complexum qui es propriè acceptum, soli Deo conuenit: propriè accipitur, quãdo importat purum esse, nulla potentialitate ad non esse præmixtum, vnde solùm illud propriè est, quod non habet potentiam ad non esse, quod scilicet immutabiliter est. In quo nihil est præteritum, vel futurum, sed tantùm semper esse æternum. Sicut verè & propriè aurum dicitur, in quo nihil est nisi aurum, nihil est non aurum: sic verè esse dicitur, in quo nihil est nisi esse. Hoc est, nulla potentia ad non esse, & ita de se dicit dominus. Exod. 3. Ego sum qui sum, & ad Moysen: Qui est misit me, hoc nomen mihi est in æternum. Additur in cœlis tam spiritualibus angelis & sanctis, quàm corporalibus cœlestibus spheris.

Lect. 65

Et

Et quamuis Deus incircumſcriptè eſt vbique & in omnibus per eſſentiã, potentiam & præſentiam, ſpecialiter tamen & antinomatice, dicitur eſſe in cœlis, propter maiora, mirabiliora, ac ſublimiora Dei opera, quæ operatus eſt in cœlis, corporalibus quidem in eorum pulchritudine, magnitudine, incorruptibilitate, motus regularitate, harmonia, luminoſitate, virtute influxiua & operatione. Spiritualibus autẽ gratiam infundendo, gloriam tribuendo, easque ſibi beatificè vniẽdo, quod excedit omnia opera ſua. Et ſicut per primũ quod dicitur pater, ad amorẽ Dei, per ſecundum noſter, ad amorẽ proximi, ita per tertium, qui es in cœlis, ad amorem noſtrũ inflammamur. Tũc enim verè nos ipſos diligimus, cùm nobis ſumma & cœleſtia bona volumus: ea ſperamus, & fide affectu, & cogitatione, cũ patre noſtro in cœleſtibus habitamus, ſecundum illud Apoſtoli: Noſtra conuerſatio in cœlis eſt, ad Philip. 3.

TEXTVS.

ſanctũ cognoſcatur, honoretur & adoretur in ſeipſo & in nobis

noti-cia tua

Sanctificetur nomẽ tuũ

☞ Poſt exordium ſequitur tractatus con

continens petitiones ad Deum fundendas. Et diuiditur. Nam primò petitur quod pertinet ad Dei reuerentiam. Secũ dò quod pertinet ad noſtram ſalutẽ, & indigentiã ibi: ¶ *Adueniat regnum tuum.*)

☞ Circa primum recto ordine petitur quòd Dei patris noſtri gloriam concernit & honorem. Siquidem debitum eſt, vt filius bonus in oratione deprecaturus, nihil ſummo ſuo patri anteponat, ſicut nihil quod ſuũ eſt domino præponere debet. Petitur autẽ ſanctificatio nominis Dei, & in ſeipſo & in nobis: in ſeipſo nõ per ſanctificationis adeptionẽ, qui ſemper immutabiliter & eſſentialiter ſanct⁹ eſt, ſed per ſanctitatis ſuæ oſtenſionẽ ac manifeſtationẽ, vt ſcilicet ſanctitas, nominis cœleſtis patris toti mũdo declaretur, credatur, diligatur & ab oĩbus honoretur ac lauderur. Quæ autẽ ſit ſanctitas Dei ſupra dictũ eſt in hymno angelico. Petitur etiã vt ſanctificetur in nobis nomẽ Dei per ſanctitatis aduentũ, augmentum & complementũ, quantum ad incipientes, proficientes, & perfectos. Vel ſic, nomẽ Dei in nobis, nomẽ eſt quo à Chriſto dicimur Chriſtiani. Id petim⁹ vt in nobis ſanctificetur, id eſt, ſanctis moribus adornetur: vt nedũ nomine dicamur, ſed vitę imitatione ſimus quod dici-

dicimur Christiani, alias expositiones quære lectione. 66.

beatitudinis æternę, in quo omnis humanus satiatur appetitus. Rationalis in perfecta summi boni possessione. Sẽsitiuus in Christi humanitate. Naturalis in dotibus gloriæ.

post transitum huius mortalis & miseræ vitę

Adueniat regnum tuum

Lect. 65

☞ Præmissa petitione eius quod pertinet ad Dei honorem & reuerentiam, sequuntur petitiones sex, eorum quæ pertinent ad nostram indigẽtiam. Indigemus autem fulciri bonis, & liberari à malis. Et secundum hoc pars illa diuiditur in duas partes. In prima petimus nobis conferri bona. In secunda oramus à nobis remoueri mala, ibi: ¶ *Et dimitte.*) Prima pars continet tres petitiones secũdum triplicia bona, quæ nobis petimus dari. Secunda pars similiter continet tres petitiones, secundum triplicia mala, petitis bonis contraria, quę postulamus à nobis remoueri. Sunt autem triplicia bona nobis communicabilia, maxima, media & minima. Prima sunt bona super cœlestia, beatitudo scilicet & gloria, quibus in patria beati-

tificamur, & hæc petuntur in ſecunda petitione, (Adueniat regnũ tuum) Secũda ſunt bona ſpiritualia virtutum & gratiæ, quibus in via ad promerendam beatitudinem adiuuamur, & hæc petuntur in tertia petitione: (Fiat volũtas tua,) Tertia ſunt bona temporalia & fortunæ, quibus in vita naturali ſuſtẽtamur, & hæc petuntur in quarta petitione: Panẽ noſtrum quotidianum da nobis hodie. ☞ His bonis opponũtur triplicia mala, ſcilicet mala culpæ, quæ opponuntur beatitudini prtriæ. Et hęc ſunt maxima, quia ſeparãt nos à ſummo bono, & inferũt mala vltimæ miſerię, ab his nos liberari petimus in quinta petitione: (Et dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittim⁹ debitoribus noſtris) Secunda ſunt mala media medijs bonis aduerſa, & ſunt occaſiones peccatorum, quæ perducunt & præcipitant in mala culpæ, quales ſunt tẽtationes dæmonis, mundi, & carnis. Et horum amotio petitur in ſexta petione: (Et ne nos inducas in tentationem.) Tertia mala ſunt infima vel minima, ſcilicet temporalia, & ſunt mala pœnæ, ſcilicet afflictiones corporis vel animæ, vt dolor & triſtitia, infirmitates, &c. corporis afflictiua, quæ minimis bonis ſunt contraria, ac totum ablati-

latiua. Quorum ablatio petitur in ſeptima & vltima petitione: (Sed libera nos à malo. Et ita patet diuiſio ſeptem petitionum orationis dominicæ: Quibus facilè capitur planus eiuſdem ſenſus & literalis. ☞ Hac ergo petitione ſecunda. (Aduenìat regnum tuum) petitur beatitudo, quæ eſt ſummum noſtrum bonum, quam ſperamus adipiſci in regnum cœlorum, quod eſt eccleſia triumphans. Licet ſecũdum variam acceptionem regni cœlorum poſſet multipliciter exponi, vt declaratur Lect. 67. ſatis latè.

beneplaciti antecedens & conſequens & ſigni præceptiua & conſultiua.

perficia tur

Fiat voluntas tua ſicut Lect. 68

in angelis & beatis — in hominibus terrę incolis

in cœlo & in terra,

Petitio tertia: In qua petuntur media bona, ſcilicet bona ſpiritualia gratiæ, qua in via ad promerendum cœleſtem gloriam præparamur.

☞ Præparamur autem ad hanc promerendam per gratiam, noſtram voluntatem, voluntati diuini conformantem. Et hæc petitio primò

ſim-

ſimpliciter proponitur. Secundò eius perfectio ſpecificatur ibi: ¶ *ſicut in cœlo*)

☞ Per primum. ¶ *Fiat voluntas tua*) petimus gratiam Dei, per quam voluntas ſua nedum beneplaciti, ſed & ſigni in nobis fiat, vt ſcilicet per gratiã ſuam vniuerſa præcepta Dei intelligamus ſine errore, memoriter teneamus ſine obliuione, opere exequamur ſine tepore. Sed & prohibita caueamus diligenter, & conſilia amplectamur feruenter. Vniuerſa eius opera collaudemus excellenter, ac in donis ſuis & proſperitatibus gratias agamus lætãter, in aduerſitatibus patientiam teneamus conſtanter. In omnibus nos exhibentes ſicut Dei miniſtros, per arma iuſtitiæ à dextris & ſiniſtris. Vt in omnibus ſecundum omnem voluntatem ſuam beneplaciti & ſigni iuſtiſsimam conuerſemur in iuſtitia & ſanctitate, quia voluntas Dei eſt ſanctificatio noſtra.

1. *Theſſ.* 4.

Bell. 69

☞ ¶ *Sicut in cœlo & in terra*) ſecundum Auguſtinum. Vt ſicut Dei voluntas fit in angelis qui in cœlis ſunt, qui ipſo perfruuntur nullo errore obnubilante ipſorum ſapientiam, nulla miſeria impediente eorum beatitudinem, ita etiam fiat in terra, in nobis hominibus terrenis in via conſiſtentibus.

☞ Tamen, ¶ *Sicut*) non dicit omnimo-

modam ſimilitudinem, ſed talem quæ conuenit viatoribus & peregrinis. Vnde petimus, vc ſicut cœli ciues voluntatem ſuam diuinę conformant voluntati, ita & faciant homines in hac habitatione terreſtri.

☞ Alias notabiles expoſitiones ac diſtinctiones voluntatis diuinæ in voluntatem beneplaciti, & in voluntatem quintuplicem ſigni. Præceptum, Prohibitionem, Conſilium, Operationem & Permiſsionem, atque de voluntate antecedente & conſequente, conformitate quoque noſtra, qua diuerſimodè noſtram voluntatem tenemur illi conformare, quære lect. 68. & 69.

TEXTVS.

temporalium bonorum ad corporis ſuſtentationem neceſſarium, vel euchariſtiæ vel ſalutaris doctrinæ.

Panem noſtrum quoti- *Lect. 70*

			ſine dilatio ne præſenti aliter ſemper donec hodie nominatur.
	tu pater clemētiſſime.	tuis filijs	
tēporaneum.			

dianum da nobis hodie.

PEtitio quarta, qua pro bonis infimis, bonis ſcilicet corporis, temporalibus ac fortunæ, patrem qui in cœlis eſt obſecramus. Vnde per panem quē petimus ad literam intelligitur omne quod ad corporis ſuſtentationem congruam pertinet ad ſalutem, vt ſunt conueniens cibus, potus, & generaliter omne nutrimētum ac fomentum corporis, veſtitus, habitatio, defenſio, & cætera ad corpus eiusque ſanam & bonam conſiſtentiam requiſita, ſiue ſint bona naturalia ſiue fortuita, interiora, vel exteriora. ☞ Sed per allegoriam etiam pro his petimus quæ panis ſimilitudine intelligimus, quæ animæ fomenta reſpiciunt: Hæc ſunt panis ſacramentalis euchariſtiæ: panis vitæ & intellectus, qui eſt panis ſalutaris doctrinæ, panis laboris & pœnitentiæ. Extenditur etiam ad panem viuificantis gratiæ, & conſummantis gloriæ, quæ ad vegetationem animæ pertinēt. Sed de vltimis duobus iam petitio porrecta eſt in ſecunda & tertia petitionibus.

☞ Dominus itaque de ſolo pane mentionem facit, qui eſt principale nutri-

trimentum corporis, & ſuperflua, & quæ ad luxuriam, id eſt, inordinatam voluptatem in cibo, potu, veſtium & cæterorum cultu prouocant, nos doceat vitare. Et ſecundum Apoſtolum: Habentes victum & amictum, quæ ſunt Chriſtianorum diuinæ, contentos eſſe. Ideo petenda ſunt vitæ neceſſaria, non delicata vitiorum irritamenta. Neceſſaria dico, non ſecundum tenuiſsimum victum, ſed ſecundum congruentiam qualitatis perſonæ & ſtatus. Ita tamen panem hunc materialem nobis dari petamus à domino, non vt in eo finem ponamus, ſed tanquam adminiculum, quo ad finem quæ eſt beatitudo animæ adiuuemur. Petendus enim eſt ad ſuſtentandum corpus, ne ſuccumbat in exercitio operũ iuſtitiæ, ſed cooperetur ſpiritui ad aſſequendum principaliter intentum quod eſt beatitudo. ☞ Dicitur etiam noſtrum, non meum, vt nemo ſibi temporalia appropriet, ſed ea tanquam bona communia, alijs in neceſsitate impartienda, & petat & recipiat, nec quis pro ſe ſolùm, ſed etiam pro alijs oret. Additur quoque quotidianũ, vt doceamur abijcere noxiam ſolicitudinẽ ſuperfluam, à ſpiritualibus trahentem, anxiam, de Dei prouidẽtia diffi

dentem aut principalem tanquam ad finem, ſicut Dominus ait: Nolite eſſe ſoliciti in craſtinum, quo ſolicitudinem principalem tanquam ad finem prohibet adhiberi temporalibus, quæ haberi debet ad regnum Dei, & eius iuſtitiam. Non autem prohibet ſolicitudinem moderatam, prouiſionis etiam plurium dierum, tanquam principaliter deſideratis adiectæ. Alioquin non doceret nos orare: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, quia non oramus ſine ſolicitudine. Ad idem pertinet quod additur hodie, ne etiam ſolicitudinem temporalium conuenientium extendamus in longa temporis ſpacia: quaſi deſperantes de prouiſione diuina, cui pro nobis eſt cura.

☞ Eſt ergo ſenſus huius petitionis quantum ad panem materialem. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Tu pater cæleſtis da nobis panem quotidianum, id eſt, bona temporalia, pro huius mortalis vitæ curſu conuenientia, ea menſura, eoque viuendi modo, quibus nobis vtilia ſunt ad vitam ad quam tendimus immortalem.

Petitur etiam panis ſacramentalis euchariſtiæ, vt detur nobis quotidie ſacramentaliter aut ſpiritualiter ſumendus,

dus, vt anima noſtra à quotidiano defectu reparetur, & charitatis ac deuotionis feruor in ea nutriatur & augmentetur, vt ad perfectionis ſtatum valeat peruenire. Petitur etiam panis doctrinæ, de quo dominus ait: Non in ſolo pane viuit homo, &cæt. Ne anima ignorantia neceſſariorum ad ſalutem, aut errore ſeducta pereat. De pane pœnitentiæ & laboris, de quo Propheta: Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis in menſura, videtur aptius tractãdum, cùm petitur remiſsio peccatorum, quæ regulariter non conceditur ſine pœnitentia & contritione. *Lect. 72*

quantum ad culpam & pœnam.

peccatoribus & indignis.

Et dimitte nobis debi-

peccata mortalia & venialia, nos debitores pœnæ & indignationis tuæ conſtituentia.

ta noſtra, Sicut & nos

corde ore & opere,
non vindicando ne-
que odium aut ran
corem tenendo.

iniuriatori
bus.

dimittimus debitori-
bus noſtris.

☞ Petitio quinta, qua poſtulantur remoueri maxima mala, ſcilicet peccata à ſummo bono nos ſeparantia. Additur etiam modificatio, ſecundum quam fiat malorum remotio. Quo ad primum petitur dimiſsio omnium peccatorum, tam mortaliũ quàm venialium, quæ nos debitores faciunt atque reos pœnarum æternarum, & temporalium. Petitur autem eorum plena remiſsio, ita quòd per patris clementiam nobis non imputentur, nec quo ad culpam, nec quo ad pœnam. Ad peccatum verò originale, quia iã in baptiſmate dimiſſum eſt, non oportet hanc clauſulam extendere. Docet & dominus quales eſſe nos oportet, vt hæc petitio ſit efficax, vt ſcilicet tales nos exhibeamus proximis, qualẽ Deũ eſſe volumus nobis: vult dominus nos eſſe miſericordes ad fratres, vt miſericordiam cõſequamur à Deo patre. Dimittimus autẽ peccata proximis, dum

iniu-

iniuriarum in nos commiſſarum nullam vindictam æternã vel temporalem deſideramus, ſed magis eorum emendationem: qua ab iniurijs ceſſantes, ac illata damna ſi poſſent compenſantes, nobiſcum beatitudinem perpetuã mereantur. Et quamuis illatorũ damnorũ recuperationẽ ſecundũ iuſtitiæ ordinẽ quærere poſſumus, non tamen vindictam iure infligendam propter nos deſiderare debemus, quoniam nolumus nobis à Deo peccata dimitti, vt tamen iuſtam vindictam in nos exerceat. Nec ſufficit ore tantùm & facto non vindicando remittere, niſi ex corde remittamus. Vnde ait dominus: Sic facit vobis pater, ſi non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris. Matthei. 18. Hæc autem remiſsio fieri nequit, niſi per amorem in corde ad proximum, qui amor nobis præceptus eſt ad amicos & inimicos. Qui aliter orat, contra ſe orat, dicente Chryſoſtomo: Qui inimicitiam in corde & in ore ſeruat aduerſus lædentem, non Deum orat, ſed irritat: apud Deum gratiam non obtinet, ſed æternam damnationom ſibi poſtulat. Verùm qui induratus, fratri remittere non vult, non ideo orationẽ dominicam orans hanc clauſulam omittat, ipſam ſyncopando,

quia ſic peccato peccatum adijceret, ſed in perſona eccleſiæ eam dicat, vt mendacium caueat. Illa enim tanquam pia mater omnibus dimittit. Verùm talis ſic orando nihil meretur, quia tenendo odium contra proximum gratia caret, ſine qua nullum eſt meritum noſtrum. Multa de hac remiſsione ac fraterna correctione quære Lectio. 72. & ſequentibus.

tu pater noſter cœleſtis.

Lect. 78

Et ne nos inducas in tentationem.

induci permittas gratiã ſubtrahẽdo ne vincamur.

dæmonis mundi, carnis in ea quieſcendo per conſenſum quo perficitur peccatum.

☞ Petitio ſexta qua petitur remotio mediocris mali, inducentis in malũ maximum quod eſt peccatum. Hoc autem malum mediocre eſt tentatio ad peccandum, quæ ſecundum ſe non mala eſt, quoniam præparat victori coronam. Sed vinci tentatione malum eſt, Ideo nõ petimus vt non tentemur, ſed ne tentationi ſuccumbamus ei conſentiendo in peccatum, & hoc eſt induci in ten-

tentationem. Tentari itaque ad exercitium virtutis bonum eſt, ſed in tentatione relinqui vſque ad peccati conſenſum, malum eſt. Petimus ergo à patre noſtro, vt non ſubtrahat nobis dum tentamur gratiæ ſuæ auxilium, ſed tanquam pater fideliſsimus nos cuſtodiat, vt nos non apprehendat tentatio niſi humana, nec patiatur nos tentari vltra id quòd poſſumus, ſed faciat cum tenta 1. Cor. 10
tione prouentum, vt poſsimus ſuſtinere, & vtiliter ſuo cooperante auxilio triũphare. Multa de tentationibus, diaboli fraudibus, & contrarijs medelis habes Lectio. 77. & 78.

¶ Sequitur petitio vltima,

pœnæ præſenti & futuro.

Sed libera nos à malo

Lect. 78

fiat concedantur petita.

Amen.

☞ Petitio ſeptima & vltima cum concluſione per verbum Amen, qua petimus liberationem à malis pœnę, quæ minima ſunt reſpectu mali culpę, & mali occaſionis in culpam inducẽris. Malum enim pœnæ minus malũ eſt, quàm

culpa quoniam eſt culpæ ordinatiuum. Exponitur autē à quibuſdam de malis pœnæ indifferēter, tā preſentibus quàm futuris. Verū quia non expediret ſecundū ſtatum lapſę naturæ, omnē pœnam tolli ab homine, quoniā ſecundū Greg. Mala quæ hic patimur ad Deum nos ire cōpellunt. Ideo non oramus vt omnes pœnæ tēporales nobis auferātur in omnē euentū, ſed quatenus nobis impedimentum ſunt ad bonū æternum. Vnde petimus liberari ab omni malo à foris affligente, ad peccatum impellēte, & ad bonum non promouente. Ab omni quoque malo intus ex nobis orto, ab ignorantia ſciendorum, infirmitate agendorum, puſillanimitate obſeruantię diuinorum præceptorum, à tarditate bonorum, à pronitate malorum, à rebellione virium inferiorum, à vana ſolicitudine temporalium, à radicibus peſsimis vitiorum. A malis quoque futuris, purgatorij pœnis & æternæ damnationis. ☞ Sequitur orationis concluſio, qua petitorum optatur efficacia & confirmatio in verbo. Amen. Eſt autem Amen dictio nec græca nec latina, ſed hebraica: non interpretatione in latinum verſa propter auctoritatem ſermonis hebraici. Accipitur autem quandoque nominaliter, vt valet tantum, id eſt,

id eſt, verus, ſic in Apocalyp. Dicitur. Hoc dicit Amen teſtis fidelis & verus. Quandoque verbaliter, id eſt, fiat. Quãdoque aduerbialiter, id eſt, verè: hic accipitur verbaliter pro fiat. Vt autẽ (fiat) ſortiatur optatum effectum, orandum eſt vigilanter, non tantum voce, ſed magis mente. Nec ſit oratio nuda, ſed bona operibus veſtita. Nec deſit diligẽtia faciendi quod in ſe eſt, ad adquirendum petita, ne dimiſſis vijs ad effectus petiti conſecutionem ordinatis, magis videamur Deum tentare ſuperbi, quàm humiles petere & orare. Vltimam orationis petitionem populus reſpondẽdo dicit, & rurſus ſacerdos concluſionem, dicẽs: Amen adiungit, vt ſic oratio connexè à ſacerdote & populo effundatur.

TEXTVS.

LIbera nos quæſumus Domine ab Lect. 80.

ad bonum non promouentibus.

culpis, vt per contritionẽ, & ſatisfactionem delean tur.

oĩbus malis præteritis

angustijs & tribulationibus vt eas vincere possimus.

laqueis & insidijs vt cauêre valeamus.

præsentibus, & futuris.

quia enim nos indigni sumus ex auditione recurrim⁹ ad sanctorum suffragia.

quia Christū genuit, Beatus venter qui te portauit.

Et intercedente beata &

in corpore & anima assumpta, secūdum opinionem beati Augustī.

perpetuo, ante partū, in partu & post partum.

gloriosa semper virgine

cœli, restauratoris & terræ redemptoris.

stella maris cœlum & terram illuminante.

Dei genitrice Maria, &

à te patre ante mundi constitutionem electis, & à Christo in tempore vocatis

beatis Apostolis

apo

apoſtolorum principe. gentium doctore.

tuis, Petro & Paulo,

crucis deſiderio ardente.

atque Andrea, cum om-

ne populus in tãti ſacramenti cõmunione perturbetur per inſurgentia mala.

generaliter.

nibus ſanctis, da propi-

conſcientiæ & temporis.

tuis pacem in diebus no

auxilio ad quam refugimus

ſtris, vt ope miſericor-

diæ tuæ adiuti, & à pec-

commiſſo & committendo, vt illud deleatur, ab iſto præſeruemur.

cato ſimus ſemper

per pacem peccatoris. per pacem temporis.

liberi, & ab omni per-

ne impediamur in aſſecutione pacis æternitatis.

perturbatione ſecuri.

☞ Orationi dominicæ additur alia oratio que emboliſmus vel ſuperexcreſcens dicitur, tum quia in ea nihil petitur quod in petitionibus dominicæ orationis petitum non eſt. Nec tamen hoc ipſo ſuperfluit, quia priores petitiones declarat, ſpecificat, & explanat, & præſertim tres vltimas petitiones, quibus malorum remotio flagitatur. Tum quia petitionum repetitione magis petentium deſiderium excitatur: & per hoc ad obtinendum effectum amplius diſponitur. Et poteſt diuidi oratio hæc in tres partes, quoniam concluſio eius ſcilicet, Per eundem dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, quæ poſſet poni pars quarta, principium eſt alterius partis principalis, ſecundum præhabitam diuiſionem. In prima ergo parte petitur liberatio à malo pacis impetitiuo. In ſecunda recurritur ad interceſſores ſanctos vt ſint nobis impetrationis preſidio, ibi: (& intercedente.) In tertia fit petitionis maior ſpecificatio, ibi: (vt ope miſericordiæ.) Et nota quòd ad impetran-

dam

dam pacem ac reconciliationem quę petitur, introducuntur quatuor perſonæ, quarum ſuffragijs nitimur, quæ paſsioni domini, quę in Miſſa commemoratur, magis fuerunt configuratæ. Virgo Maria cuius animam pertranſiuit doloris gladius ſtans ſub cruce in hora paſſionis. Petrus Apoſtolus qui crucifixus eſt corpore tranſuerſo, ordinem quærēs in pœna, ne magiſtro ſuo Chriſto cruci fixo æqualis in pœna videretur. Paulus qui & ſtigmata domini Ieſu in corpore ſuo portauit, vt de ſe ipſo teſtatur ad Galatas. 6. Andręas qui crucifixi amore crucem in qua paſſus eſt tanquam amatam ſuam ſalutauit. Hæc oratio ſub ſilentio legitur, ad ſignificandum quietem domini triduanam in ſepulchro.
Reſumit ſacerdos patinam in manus, quæ ſua latitudine charitatem repræſentat, in qua ſacrificium illud ſumendum eſt. Vel ſecundum alios ſignificat reditū Apoſtolorum ad Chriſtum poſt eius reſurrectionem, quæ ſua abſconſione poſt pręſentationem offerendorum, eorundem fugam figurabat. Diuersè in hac parte in diuerſis eccleſijs ceremoniæ obſeruantur, quarum expoſitionem quære Lectione. 80.

quam

quem ſub ſacramento verè contineri confitemur

PEr eundem dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus. Per

cui data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra.

vnctum à patre, oleo letitiæ, ſcilicet ſpiritu ſancto

patre omnipotenti.

imperioſe & potēter.

ſaluatorem.

vnigenitum & naturalem.

indefectibiliter & æternaliter.

identitatis ſubſtantiæ & naturæ.

tertiæ in diuinis perſonæ qui nexus eſt vtriuſque patris & filij.

vnus verus & coæternus.

æter

æternaliter ſine fine.

omnia ſæcula ſæculo-

reſpoudet chorus, vel
miniſter in perſona
populi circumſtantis.

rum Amen.

☞ Poſt pręparationem tam ſacerdotis quàm populi ad ſacram communionem per orationem Dominicam, eiusq́ue emboliſmum, incipit ſacratiſſima communio ac ſacrificij participatio, qua eccleſia conſequitur tanti myſterij vtilitatem & fructum. Et diuiditur in particulas tres. In prima aptatur ſacramentum communioni per eius diuiſionem. Secundò communicaturi vniuntur per pacis impetrationem, ibi: Pax domini ſit.) Tertiò proceditur ad ipſam ſumptionem, ibi: Domine Ieſu Chriſte.) Circa primum, quia venerabile euchariſtiæ ſacramentum nō tantùm ſacerdoti celebranti, ſed toti proficit eccleſiæ, cuius tres ſunt ſtat⁹. Vnus eorum membrorum qui triumphant in cœlis, pro illis offertur ad laudē & gratiarum actionem ſanctiſsimæ Trinitatis. Alter eorum qui viuunt in labore, in fide, & meritis, conuerſantes in terris, & pro illis offertur in pignus redē-

ptio-

ptionis Tertius eorũ qui in purgatorio purgantur, & pro illis offertur in ſupplicationem pro afflictis . Vt ergo ſignificetur quòd hoc ſacrificium ſingulis ſtatibus proficiat, panis ſacramẽtũ in tres partes diuiditur, ſub his verbis: Per eundem dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium, &c. Quæ autem pars, quem ſtatum ſignificet, non eſt concors doctorum ſententia. Quidam dicunt quòd pars miſſa in calicem ſignificet beatos, qui nunc inebriantur vno lætitiæ, potati torrente voluptatis Dei, reliquæ duæ extra calicem, ſignificant exiſtentes adhuc in via. Vna viuentes in terra, alia defunctos in purgatorio. Alij dicunt quòd pars miſſa in calicem repræſentat viuẽtes in terra, ſubiectos adhuc paſsionibus tentationum & laborum. Paſsio autem per calicem ſignificatur. Aliæ duæ partes, eos qui nunc ſecuri ſunt de beatitudine, beatos de beatitudine nunc aſſecuta, purgatos de beatitudine aſſequenda. Nec mirum quod idem per tropologiam diuerſa ſignificat ſecundum diuerſas proprietates in eo conſideratas, & de hoc latius Lectione. 80.

☞ Notandum tamen quòd aliud ſignificat fractio hoſtię, aliud partes fractæ. Nam fractio ſignificat dominicam

cam paſsionem. Partes verò ſignificant eos pro quibus paſſus eſt: ad quos ſcilicet paſsionis fructus deriuatur. Hoc eſt, omnes ſanctos ad vitam æternam prædeſtinatos. Sanctos dico de genere Adam, Chriſti ſanguine redemptos. Aliæ ceremoniæ in fractione ſeruatæ, quoniã variè ſunt in diuerſis eccleſijs, ideo hîc totum myſtica quæ etiam eſt varia, omittitur. Sed quæri poteſt in quo fiat fractio? Ad quod breuiter reſpõdetur, dimiſsis opinionibus quas Magiſter recitat in quarto diſtinct. 12. Quòd ibi eſt vera fractio, non autem corporis Chriſti, quod integrum manet ſub qualibet fractionis particula. Sed forma & ſpecies panis frãguntur, quæ ibi ſunt ſine ſubiecto, vt ſupra dictum eſt. Nam ad Corpus Chriſti nulla naturalis & materialis actio terminatur: quia non ibi quantitatiuè, qui modus requiritur in ſubiecto recipiente actionem materialem & naturalem. Et ſecundum hoc intelligenda ſunt verba Apoſtoli: Panis quem frangimus, quia forma panis exterior ibi frangitur, quę quandoque panis dicitur, eò q̃ prius in pane fuit: vnde quotieſcunque vel panis vel corpus Chriſti frangi dicitur, referendum eſt ſpecies panis, ſub quibus fuit ſubſtantia panis, & nũc corpus Chriſti

Christi sub eis continetur. Sed nec panis verè frangitur, quia ibi non est nec corpus Christi, quia non eo modo ibi est quo frangi potest, vt dictum est. Et licet corpus Christi sub speciebus non frangitur, tamen sub illis verè manducatur, quia verè sub speciebus in os sumentis accipitur, & ad stomachum tra ijcitur, quę sufficiunt ad rationẽ manducationis, licet non masticetur, neque ad diuisionem specierum diuiditur, neque etiam digeritur, aut in substantiam sumentis conuertitur, vt infra dicetur. Sed sub qualibet masticationis particu la totus Christus continetur. Neque diuisio cibi, nec digestio, nec conuersio eius in substãtiam rei alitæ, sunt de ratione comestionis. Multa enim quæ comeduntur integra glutiuntur: nec omnia comesta in substantiam comedentis conuertuntur neque digeruntur. Vtrum autem corpus sit multoties sub hostia, & an sub qualibet parte hostiæ etiam punctuali, & an recipientes particulas diuisas recipiãt idem, vel diuersa, latè tractatur Lectio. 80. Et dicitur breuiter quoad primum, quod (multoties) dicit quandam interruptionem, seu diuisionem, & illa potest referri ad tempus: sic ille dicitur multoties fuisse in loco aliquo, qui pluribus interruptis

ruptis vicibus, fuit in tali loco: & ſic qui per totam diem manet in domo, non dicitur in illa die pluries ſeu multorum fuiſſe in ea, licet pro qualibet hora fuerit in ea, ſi autem fiat interruptio tẽporis, ita quòd pro prima hora fuerit in domo, & in ſecunda hora non fuit in ea, & iterum in tertia fuerit, tũc dicitur multoties illo die fuiſſe in domo. Et hoc modo corpus Chriſti non eſt multoties ſub hoſtia & partib⁹ eius: quia poſt conſecrationẽ manet ſub hoſtia, & ſingulis eius partibus, donec deſinunt ſpecies ſub quibus fuiſſet panis, ſi conſecratio facta non fuiſſet. Vel poteſt interruptio illa referri ad partes realiter diuiſas ſeu diſtinctas, quãtum ad eſſe, non curando de earum quantitatiua continuitate, & ſic corpus Chriſti eſſe multoties ſub hoſtia, eſt tantum dicere: Corpus Chriſti eſt ſub pluribus partibus hoſtiæ à ſe inuicem realiter diſtinctis, & ſub qualibet totum: & ſic verum eſt, & concedendum quòd corpus Chriſti eſt multoties ſub hoſtia, id eſt partibus hoſtiæ. Si verò interruptio refertur ad diuiſionem partium hoſtiæ diſcontinuarum, tunc ſub hoſtia nondum diuiſa, non eſt multoties. Sed multoties eſt ſub hoſtia in partes diſcontinuas diuiſa, & toties quot ſunt particu-

particulæ diuiſionis. ☞ Conſequenter dicitur quòd corpus Chriſti eſt ſub qualibet parte hoſtiæ conſecratæ totũ, quantumcunque parua, ſub qua fuiſſet panis ſubſtantia, ſi nõ fuiſſet conſecrata, ſiue ſit punctualis, ſiue non.

☞ Similiter recipientes diuerſas hoſtias vel hoſtiæ particulas, recipiunt idẽ & diuerſa. Idẽ corpus Chriſti, & diuerſas ſpecies ſacramẽtales, idem & diuerſum numero.

TEXTVS.

Aeternalis, in ſpei certitudine.
Cordis, in puritate conſcientię.
Temporis, in perturbatione, moderatione.

Eccl. 81. PAx ✠ domini ſit
ad fructuoſe ſumendum excellentiſsimũ ſacramentum.
✠ ſemper vo ✠ biſcum.
chorus reſpondet eadem imprecans ſacerdoti.
Et cum ſpiritu tuo.

☞ Poſt aptationem ſacramenti per eius diuiſionem ad ſumptionem, Sequi-

quitur vnio participantium per pacis impetrationem. Et primò optat communicaturis pacem. Secundò ad ſignificandum pacis vnionem, particulam mittit in calicem, ibi: Hæc ſacroſancta.) Tertiò, vt optatio pacis ſortiatur effectum, fundit ad Chriſtum præcem, ibi: (Agnus Dei.) ☞ Quo ad primum pax neceſſaria eſt, vt ſacramentum fructuoſe ſumatur. Nam in pace factus eſt locus eius. Denique Deus eſt Deus pacis & dilectionis. Pax noſtra quæ fecit vtraque vnum. Veniens pacem per angelos nunciauit, pacem prædicauit. Pacem abiens ſuis Diſcipulis reliquit, eoſque pacem prædicare miſit. Eſt autem pax hominis triplex: ad Deum, ad ſeipſum, & ad proximum. Pax hominis ad Deum eſt ordinata hominis ad Deum in fide, ſub æterna lege obedientia. Ex hac oritur pax hominis ad ſeipſum, & ad proximum. Nam pax hominis ad ſeipſum eſt ordinata cognitionis actionisque conſenſio, vt quod recta ratio dictat efficaciter voluntas imperet: ex quo ſequitur actio ordinata. Hęc conſenſio virium animę cognitiuè, appetitiuè, & executiuè, ſiue motiuè ordinata, non eſt, ſi non ſtat ſub obedientia legis ęternę, Nam quiſquis

ab

ab hac lege declinat, errat. Vnde ad hoc tota hominis intentio tendat, vt legem Dei quę eſt lex æterna cognoſcat, & ſecũdum eam actiones ſuas, vitam, moresque componat.

Pax ad proximum, eſt cum omni homine ordinata concordia, vt ſcilicet nulli noceat, & cùm poſsit proficiat. Quæ ſimiliter tunc eſt ordinata, dum regulatur æternæ legis obediẽtia. Nam eſt triplex pax inordinata, & mala prędictis contraria: ad diabolũ, ad ſeipſum, ad proximum, quæ eſt conſenſio cum his contra legem Dei. Aliter etiam aſſignantur ſpecies pacis, quæ ſunt pax æterna, & cœleſtis, pax interna pectoris, pax externa temporis. Prima eſt pax hominis ad Deum quæ in via initiatur, in cœleſti patria cõſummatur. Secunda eſt pax ad ſeipſum. Tertia eſt pax fraterna ad proximum. Hanc triplicem pacem optat ſacerdos, tertiam ſacramenti particulam manu tenens, & dicens: Pax domini ſit ſemper vobiſcum, pax conſcientiæ & pectoris, quæ eſt à Dei voluntate non diuidi: & ab hijs quæ Dei ſunt non impediri, pax ęternа temporis, quæ eſt aduerſis non opprimi, & proſperis temperatè in domino frui. Pax æterna cœleſtis quæ eſt ab omni pœnalitate liberari, & ſummo bo

no

no perpetuò ſatiari. (ſit vobiſcum) vt per primam ad tantæ communionis participationem digni iudicemini. Per ſecundam ab ipſa communione non impediamini. Per tertiam eius fructum in æternitate conſequamini. Et hæc dicens ſacerdos vocem exaltat, qua reſurrectionis gaudium repræſentat: ſimul & tres cruces cum particula quam manu tenet ſuper os calicis ſignat. Significans quòd Chriſtus propria virtute (quæ eſt virtus Trinitatis) reſurgẽs, tertio diſcipulis pacem nunciauit, & hæc eſt nona & vltima ſignatio. Reſpondet autem populus: Et cum ſpiritu tuo) Eandem pacem imprecans ſpiritui ſacerdotis, vt idoneè immolet ſacrificiũ patri Deo, Per pacem primam, dignè ſumat ſibi. Per pacem ſecundam, efficaciter mediet populum Deo reconcilians, quo ad pacem tertiam.

Hic diuerſi diuerſas legũt orationes, Aliqui verò legunt iſtam ſubnotatam, præ alijs.

HÆc ſacro ſancta, propter cuiuſlibet contentorũ in ſuo genere excellentiã, corporis, animæ & deitatis.

adiunctio ſpecierum panis & vini.

commixtio & conſe-

hoc eſt, conſecrata ex conuerſione prius facta.

veri crucifixi, ſepulti, reſuſcitati.

cratio corporis & ſan-

in cruce effuſi.

ſaluatoris & redemptoris noſtri.

guinis Domini noſtri Ieſu Chriſti, fiat nobis

ſacramentaliter & ſpiritualiter.

per gratiæ augmentationem, & animę nutritionem.

ſumentibus ſalus men-

per fomitis repreſsionem, ſeu remiſſionem, & rebellionis moderationem.

tis & corporis, & ad vi-

finalem beatitudinem

tam æternam capeſcen-

per ſpiritualem vnitionem membrorum cum capite ſumentiũ cũ Chriſto.

dã præparatio ſalutaris.

☞ Optata pace ad ſignificandum pacis vnionem, mittit particulam, qua vltimam ſignationem perficit in calice dicens: ¶ *Hæc ſacro ſancta commixtio corporis & ſanguinis, &c.*) non quòd illa iam primò ſibi coniungantur quæ ab initio conſecrationis ſimul fuernnt ſub ſpeciebus panis ſimiliter & vini, ſed fit commixtio, id eſt, adiunctio ſpecierum panis & vini, quæ prius fuerant ſeparatæ. Quod etiam dicitur conſecratio, non intelligendũ eſt quòd hac immiſſione conficiatur aut conſecretur ſacramentum. Sed quòd conſecratio prius virtute verborum formalium facta, nunc ſuum effectum in anima ſumentis ſortiatur. Etiam (fiat) præſentis temporis, non dicit tempus illud præcisè, quod prolationi horum verborum coëxiſtit, ſed tempus prolationis totius Miſſæ officij, & in quo fit conſecratio, ſicut cũ dicimus: Iſte dormit tota die: dormit, non importat tempus prolationis horum verborum, ſed totius diei. Vel melius dicitur quòd fiat eſt futuri temporis optatiui modi, importãs factionem futuram, non euchariſtiæ, ſed ſalutis, ſicut cùm dicimus: Fiat hæc medicina à te recepta ſanitas corporis. Et hunc ſenſum habet rigor verborum.

EXPOSITIO

innocens & immaculate.

AGnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

dimittendo peccata non imputando.

ea diuina autoritate.

obmutescens coram persecutoribus, ficut ouis corã tondẽte.

AGnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

pœnas nostras soluendo.

pœnas remittendo.

manſuetiſsime ac benigniſsime.

AGnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.

patrem nobis reconciliando.

finalem, beatificam, & æternam.

Orat ſacerdos, vt pax optata effectũ habeat

habeat in communicaturis. Et primo orationem præmittit : ſecundò ipſam ſpecificationem eius adiungit, ibi: Domine Ieſu Chriſte qui dixiſti). Et quo ad primum, quia pacem hanc ſine remiſsione peccatorum nemo conſequitur, Dei miſericordia quæ peccata remittit ſuppliciter poſtulatur, tanquam neceſſario præueniens perfectã pacem, quæ vltimo exprimitur. Petuntur autem tria ab agno Chriſto, duo paci prę-uia, quæ ſunt miſericordia Dei in peccati remiſsione : iterũ miſericordia Dei in gratiæ infuſione, & tertio pax ipſa, quæ eſt bonum finale, omnium deſideriorum impletiuum. Et in hac oratione de tribus Chriſtus commendatur, de puritate innocentiæ naturalis, quia agnus Dei. Secundò de benignitate veniæ ſalutaris, qui tollis peccata mundi. Tertiò de affectuoſitate miſericordiæ liberalis, miſerere nobis. In miſſa verò pro defunctis, loco miſerere nobis, & dona nobis pacem, dicitur, dona eis requiem : quia miſſa defunctorum ſpecialiter pro mortuis celebratur, vt eis requies impetretur, ideo hoc ſpecialiter exprimitur. Et quoniam animabus triplex optatur requies, à triplici afflictione, à pœna ſcilicet ardoris, à corporalibus tenebris, ab afflictione ex-

pectatæ beatitudinis. Primę duæ requies ſi cum pręciſione tertiæ accipiuntur, ſunt temporales, tertia verò æterna: ideo multæ eccleſiæ tantùm ad tertium Agnus addunt ſempiternam. Aliæ Eccleſiæ attendentes quòd de nulla trium requierum contingit redire ad inquietudinem pœnæ tenebrarum & afflictionis, addunt in quolibet Agnus ad requiem ſempiternã) quaſi dicerent: Dona eis requiem ſempiternam, ab afflictione, vt ceſſet æternaliter omnis afflictio ardoris tenebrarum, & dilationis æternæ beatitudinis.

Dicitur autem Agnus Dei, magis quàm Ieſus vel Chriſtus. Primò propter veritatis repreſentationem factam in immolatione agni paſchalis. Secundò propter veritatis prænunciationem oraculi prophetialis: Emitte agnum dominatorẽ de petra deſerti. Tertiò propter veri agni oſtenſionem digito præcurſoris: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Quia igitur Chriſtus in hoc ſacrificio immalatur, qui fuit in lege per agnum figuratus, ſub nomine agni prophetatus, à Baptiſta demonſtrante agnus appellatus, conuenienter ad horum rememorationem & fidei teſtificationem, dirigitur oratio ad Chriſtum ſub nomine Agni

ſub

ſub quo totupliciter figuratus eſt, prophetatus ac demonſtratus.

TEXTVS.

DOmine Ieſu ſaluator benigniſsime. Chriſte, qui

iturus ex hoc mundo ad patrem.

à te electis & ad euangelij prędicationem miſsis.

dixiſti Apoſtolis tuis: veram, ſaluantem, non quomodo mundus dat pacem damnantem.

Pacem meam do vobis,

meam.

vt vobiſcum maneat in æternũ.

pacẽ relinquo vobis, ne

ne imputes ad repellendum orationem meam tanquam exauditione indignam.

reſpicias peccata mea,

qua eam tibi deſponſaſti.

ſponſæ, ſanctę, & gratia purgatæ.

ſed fidem eccleſiæ tuæ. Eamque ſecundum

qua veniſti pacificare omnia, ſiue quæ in cœlis, ſiue quæ in terris ſunt.

voluntatem tuam pa-

ab infidelibus & perſequutoribus eruendo.

in fide & charitatis vinculis.

cificare & coadunare quatenus in bonis pacificata, in malis cuſtodita, in charitate adunata, intus & foris à te recta, tantæ communionis gratia habeatur digna.

digneris. Qui vivis & regnas cum Patre in vnitate Spiritus ſancti Deus, Per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

☞ Præmiſſa oratione vt pacis optatio effectum ſortiatur in populo, ſequitur eiuſdem orationis ſpecificatio, ſpecificat enim effectus & finem propter quē pro pace ſuppliciter exorauit: In qua ſpecificatione primo captat beneuolentiam eius qui oratur, ex eo q̄ ipſe qui oratur eſt qui pacem ſuis tribuit,

buit, ſecundo ibi: Ne reſpicias) impedimenta exauditionis tollit, tertio ibi: Eamque) petitionem fundit, & eſt textus ſatis planus. Et nota quòd ſub hac oratione ſacerdos oſculatur altare vel calicem, vel ſecundum ritum quarundam eccleſiarũ, ſpecies panis. Aut ſecundum alias Eccleſias primo oſculatur altare, ſecundo librum, tertio diaconum, qui conſequenter oſculum porrigit ſubdiacono & ille alteri de choro: & ſic conſequenter mutuò ſibi præbent oſcula. Sic fit in capella Papæ. Vel in alijs eccleſijs loco tertij oſculi præbetur aliqua imago ſaluatoris oſculanda, ad prohibitionem laſciuiæ tam ſacerdoti quàm populo. Dat autem ſacerdos triplex oſculum, vt quod oratione petijt ſigno exteriore ſignificet, & ad repreſentationem triplicis pacis: ad Deum, ad ſeipſum & proximum. Ideo primo oſculatur altare, quod Chriſtum ſignificat: ſecundo librum, per quod conſcientia intelligitur: tertio diaconum, vel loco eius imaginem quo proximus ſignificatur. Et populus oſculando approbat ſe hanc triplicem pacem deſiderare, & in propoſito cordis ſui firmiter tenere. Etiam hoc oſculo ſe ſpiritaliter communicare deſignat, & ſacro ſanctis myſterijs participare. De hoc latius lect. 81.

EXPOSITIO

Notandum etiam quòd hæc oratio non dicitur, dum officium requiem pro defunctis celebratur, quia defuncti iam mundi leges transierunt, & requiscunt cum signo fidei, & dormiunt in somno pacis. Vnde non possunt à malis hominibus infestari, nec peccatis amplius irritari, nec extolli in prosperis, nec frangi in aduersis. Ideo non egent custodia & regimine, nec exteriore pace, aut defensione ab exteriori impugnatione, quæ in ista oratione attentius postulamus.

¶ Dum autem sacerdos osculũ præbet ministro dicit.

TEXTVS.

quam osculo pacis signo represento. sit

PAx tecum. Et cum respondit minister.

spiritu tuo.

Aliqui non legunt hãc orationẽ.

i. vinculum pacis quod est charitas. Quoniam pax sine charitate, non est pax vera, sed simulata.

HAabete vinculum

capa

capaces percipiendis.

pacis & charitatis, vt ap-

quibus nemo dignus eſt, niſi per charitatem, pacis vinculum.

ti ſitis ſacroſanctis my-

eucharistiæ.

ſterijs Chriſti.

Rurſus dicit.

quæ hîc ſumitur, & eſt pax noſtra.

Chriſto in pace vnitę

Pax Chriſti & eccleſiæ

Alij hãc dicunt orationẽ.

perficiatur vſque ad inimicorum cordialem reconciliationem.

abundet in cordibus veſtris, per ſpiritum ſan-

ſpiritus ſanctus

cùm charitas diffuſa eſt in cordibus veſtris.

ctũ qui datus eſt vobis

dominator vniuerſalis omniũ

ſaluator hominũ

ſpiritu ſancto vncte.

Domine Ieſu Chriſte

Leſt 83.

per æternam generationem, tibi naturam diuinam communicantem.

fili Dei viui, qui ex

misericordissima te ad hominis liberationem mittente

tibi consubstantialis

voluntate patris cooperante spiritu sancto, Per

cuius tecum & cum patre vna & indiuidua est substantia.

homines in mundo existentes.

spontaneam crucis amaram

mortem tuam mūdum

per gratiam animæ infusam à te meritam.

hoc sacrificiū offerentem

viuificasti, Libera me

præ omnibus sanctum.

Aliqui legunt sacrum.

per hoc sacrosanctum

pro nobis patri in cruce oblatum, & sub his speciebus nobis in cibum paratum, parasti enim in dulcedine tua pauperi Deus.

corpus & sanguinem tuum, ab omnibus

animam

animam deformantibus.

iniquitatibus meis, &

præſentibus, præteritis, & futuris.

vniuerſis malis: & fac

& eos pro quibus offero.

me tuis ſemper obe-

Aliqui legunt inhærere

vniuerſaliter per plenã voluntatis ſubiectionem.

iugum enim tuum ſuaue eſt, & onus leue

dire mandatis, & à te

neque in hoc ſeculo per peccatum, nec in futuro per damnationis ſcientiam irrefragabilem.

nunquam ſeparari permittas, qui cum eodem Deo patre in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti, viuis & regnas Deus, Per omnia ſæcu-

la ſæculorum Amen.

☞ Poſt aptationem ſacramenti ad ſui participationem per eius diuiſionem, & communicantium vnionem per pacis triplicis impetrationem, procedit Sacerdos ad principaliſsimè intentum in ſacro miſſæ officio, tremendi ſcilicet ſacrificij communionem ſiue ſumptionem. Et quia ipſa ſumptio vita eſt bonis, & mors malis, ſacerdos tanquam in grandi periculo indignæ ſumptionis conſtitutus, non immerito contremiſcit, ne quod inſtitutum eſt, & ſumma Dei charitate nobis datum ad parandum vitæ fructum, ex ſua in diſpoſitione ſibi fiat cibus ad interitum: nec mirum (quoniam contremuit ſanctiſsimus præcurſor Domini, prius ſanctus quàm natus, tangere ſanctum domini verticem (ſi cõtremiſcit miſer peccator & pauper homuncio manducaturus ſuum & vniuerſitatis iudicem & dñm, memor apoſtolicæ comminationis tonitrui: Quicunque manducauerit panem, & biberit ſanguinem dñi indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini. Et nõ inueniens ex ſe, vt tanto myſterio dignus habeatur ad ipſum dominum fontem miſericordiæ & pietatis ſe cõuertit, & pręter

præ-

præmiſſas generales orationes precibus magis propinquè ad rem pertinentibus, ſui dignificationem à Domino nititur impetrare, quatenus ſibi & cæteris pro quibus ſacrificat proficiat ad ſalutem. Præmittit igitur aliquas orationes communioni, aliquas interſerit, aliquas ſubiungit. Et ſecundum hoc, pars illa ſubdiuiditur in tres partes. Secunda ibi: Corpus Domini noſtri) Tertia ibi: Sanguis Domini noſtri.) Prima pars diuiditur in quatuor particulas, ſecundum quatuor orationes communioni præmiſſas. In prima Sacerdos pro ſua iuſtificatione, vt dignè ſumere poſsit ipſum ſumendum deuotius implorat. In ſecunda, vt fructuoſa fiat communio exorat cū dicit: Perceptio corporis.) In tertia, ſuam indignitatem recognoſcens profundè ſe humiliat, cum addit: Domine non ſum dignus, & cætera.) In quarta ſumpta fiducia ex ſpe diuini adiutorij, ad ſumendum digniſsimum myſterium ſe erigit, atque ſumendo participat, ibi: Panem cœleſtem.)

☞ Prima oratio diuiditur in quatuor partes. In prima captat ſacerdos Chriſti beneuolentiam per crucis ſuę & paſsionis commemorationem. In ſecunda petit à peccatis & vniuerſis malis

malis liberationem, ibi: Libera me.) In tertia petit ſuæ voluntatis diuinæ voluntati plenam ſubiectionẽ, ibi: Et fac me) In quarta petit ſuam cum Chriſto perpetuam coniunctionem ibi: Et à te nunquam) Quibus addit ſolitam orationis concluſionem, ibi: Qui cum eodem) Et patet ſenſus ex litera.

TEXTVS.

manducatio ſacramentalis. veri.

PErceptio corporis tui Domine ſaluator mundi,

Ieſu Chriſte, quod in-

non temerariè tuo cõſtri

ego preſbyter. manducare. ctus præcepto

communiter legitur præſumo & non propono.

dignus ſumere propo-

occaſionaliter ex defectibus meis & negligentijs.

no, non mihi proueni-

terribile

terribile contra peccatores, Ite maledicti, &c.

Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit.

at in iudicium & con-

perpetuam corporis & animæ.

demnationem, sed pro

qua pro nobis mori dignatus es.

sacerdoti.

tua pietate prosit mihi

securam defensionem.

ad tutamentum mentis & corporis, & ad

corporis & animæ.

medelam percipiendam, qui viuis & regnas Deus. Per omnia sæcula sęculorum. Amẽ.

☞ Post petitionem suæ iustificationis, qua dignè suscipiat sacra mysteria, orat sacerdos pro salute ex sacratissima communione percipienda, &

patet

patet ſententia textus: Orat enim ne panis qui de cœlo deſcendit vitã præbens mundo, ſibi propter ſua demerita ſit cauſa damnationis.

TEXTVS.

Hæc oratio cõmuniter legitur poſt ſequentem orationẽ ſcilicet panẽ cœleſtem.

DOmine non ſum dignus vt intres ſub tectũ meum, ſed tantum dic verbo, & ſanabitur anima mea.

corporis verè & realiter, & animæ eam inhabitando per gratiam ſpiritualiter.

tuæ virtutis, qui verbum es patris, velis me mundare & mundabor.

à peccatis tibi diſplicentibus, & me indignum facientibus.

☞ Poſt orationem qua poſtulauit celebrans, vt ſumptio tanti ſacramenti fiat ſalutaris ſibi & his pro quibus ſacrificat, ſciens ſummam & ineffabilem ſumendi dignitatem eius qui in altis habitat, & tamen non alta, ſed humilia reſpicit, exemplo laudati Centurionis, ſuam

ſuam profitendo indignitatem, profunde ſe humiliat dicens: Domine, nõ ſum dignus vt intres ſub tectum meũ, &c.)

Sed dici. Sacerdos hanc orationem proferens, aut credit ſe fore indignum, aut non. Si primum, ergo ſumendo ſacramentum incidit ſententiam apoſtoli contra indignè mãducantes promulgatam, & reus efficitur corporis & ſanguinis Domini. Si ſecundum, ſic fictè loquitur, & eſt de numero eorum qui nequiter ſe humiliant.

☞ Ad hoc breuiter dicendum, quòd proferens ita ſentire & de ſe credere debet, vt loquitur ſe eſſe indignum quantum eſt ex ſe: & ideo petit vt ipſe indignus in oculis ſuis, dignificetur, id eſt, dignus reputetur in oculis Dei. Siquidem nulla creatura ex ſe ipſa, eſt hac participatione digna, in qua dominus cœli, omniumq; creator infinitè à ſe diſtans in perfectione & dignitate accipitur. Neq; idem eſt indignum ſumere, & indignè ſumere. Indignus ſumit qui incomparabilis exiſtens ad eius dignitatem quem ſumit, accedit: Quod facit omnis ſumens quantumcunque ſanctus. Sed indignè ſumit qui ſine ſui ipſius probatione & præuia purgatione accedit, & ille incidit in ſententiam apoſtoli præmiſſam.

corpus

corpus Christi de cœlo descendens, sub specie panis latens.

ego peregrinus famescens, cibo indigens spirituali, non corpus sed animam nutriente.

PAnem cœlestem ac

plenum pietate & misericordia.

cipiam & nomen do-

vt gratiam conferat, qua me tanta participatione dignum reddat.

mini inuocabo.

☞ Post suæ humilem indignitatis recognitionem, sacerdos velut non desperans, sed spe diuini adiutorij qui hoc salutare sacramentum in remedium & cibum animæ confortatiuum contra infestationem tentationum & corroborationem proficiendi in virtutibus & via iustitiæ ad veram vitam perducente, peccatoribus ad se conuerti desiderantibus instituit, animatus se erigit ad sumendum hostiam salutarem, dicens hanc quartam oratiunculam.

¶ *Panem cœlestem, &cæt.*) Patet sensus: Hæc dicens duas particulas in patina positas,

poſitas, præmiſſa profunda inclinatione in manu recipiat, duobus digitis, pollice & indice manus dextræ, aut ſecundum morem aliorum patinã in qua particulę poſitę ſunt cũ cæteris digitis vtriuſque manus recipiat, & parum de altaris menſa eleuans, inclinato pauliſper corpore, ſe quantum poteſt, recolligat, tota intentione ad ſacramentum conuerſus, oculos carnis ad ſacramentales ſpecies, oculos fidei ad Chriſtum ſub ſpeciebus contentum, conuertat: tota deuotione tanto myſterio intendat, aliqua deuota meditatione ſe actuet, tali (exempli cauſa) vel ſimili. Ego miſericordiſsime Domine Ieſu Chriſte, patris æterni fili naturalis, vnigenite & conſubſtantialis, ex Deo Deus, qui pro peccatorum ſalute carnem hanc ſumere, inter homines apparere, ac triginta tribus annis grauiter laborare, ac multipliciter fatigari dignatus es, & tandẽ amariſsima paſsione, preciofiſsimi ſanguinis tui effuſione, ac morte turpiſsima, nos à morte perpetua, à peccatis & pœnis liberare. In cuius ſaluberrimæ paſsionis memoriam præſentem his ſpeciebus exhibere, teq; cibum animæ noſtræ, ac pignus ſalutis æternæ tradere voluiſti, clementer reſpice in hac hora in me indignũ peccatorem: purga

& ſan-

& ſanctifica me, vt te Deum creatorem & redemptorē meum dignè merear ſumere. Breuius quidem vel longius prout deuotionem gratia miniſtrabit. ☞ Et more quorundam pectus tundens, addere poteſt verbū quo Publicanus gratiam meruit & peccatorum remiſsionem. Illud videlicet: Deus propitius eſto mihi peccatori, ſemel vel ter repetendo.

Et hæc dicens, intentionem ſuam cum oculis dirigat ad Chriſtum ſub ſpeciebus contentum, ipſumque plena fide & latria adorans, cum magna reuerentia, deuotione, timore, pariter & cordis deſiderio, ipſum ſacroſanctum corpus Dominicum ſub duabus particulis quas manu tenet, aut quæ in patina adhuc iacent, pro ſua, & totius Eccleſiæ ſalute ſumat. Sumat autem non maſticando, aut dentibus ſpecies comminuendo propter periculum. Sed humectatis ſupra lingua immota ſpeciebus, reuerenter traijciat. Dum verò ſacramentum in ore pro ſua humectatione tenet, ſic meditari poterit: Veni in animam ſerui tui Domine meus & Deus meus, meque tibi incorporare digneris, vt mihi mori tibique ſoli viuere merear. Hæc vel ſimilia, prout deuotio propria dabit, poterit meditari.

☞ Sum-

☞ Sumto autem ſacramento, ſacerdos patinam eleuans vtraque manu, dicat orationem ſubſequentem.

TEXTVS.

pro peccatorum totius mundi expiatione in cruce immolatum, & pro vita mundi ſub ſacramento nobis datum.

CORpus Domini noſtri Ieſu Chriſti cu- *Lect. 83*

in vnitate fidei catholicæ, & in omni tentatione.

in hora ſeparationis à corpore.

ſtodiat animam meam

fœlicem & beatam.

in vitam æternam Amé.

☞ Præmiſsis orationibus communionem præcedentibus, ſequuntur orationes duæ inter communicandum dici ſolitæ. Quarum prima reſpicit perceptionem ſacramenti panis. Secunda, perceptionem ſacramenti calicis, ibi: Quid retribuam) & patet litera.

¶ Sequi-

¶ Sequitur oratio ſecunda.

q.d. nihil ex me condignum habeo diuinis beneficijs. compenſando.

Quid retribuam Do-

donis naturæ, fortunæ & gratiæ.

pijſsimo largitori

mino pro omnibus

multipliciter tribuit creando, iuſtificando, cibo cœleſti nutriendo. indigno & immerito.

quæ retribuit mihi? Ca-

poculum ſalutis, ſanguinem ſaluatoris, precium redemptionis. ſitibundus cũ deſiderio & gratitudine.

licẽ ſalutaris accipiam,

memoriam. beneficiorum benefactoris & beneiatus in mentem vocabo.

& nomẽ dñi inuocabo.

dato

datorẽ de ineffabili munificẽtia, qua ſe ipſum nobis donatum in precium, iterum donat in cibum & ſalutis nutrimẽtum.

Laudans inuocabo Dominum, & ab inimicis meis ſaluus ero.

Dæmonibus ſaluti meæ aduerſantibus.

defenſus, ne prẽualeãt malis ſuis artibus & innumeris machinationibus.

Oratio ſecunda prẽmiſſa calicis ſumptioni, in qua poſt receptum cœleſtis edulij beneficium pro ſua humiliatione ſe nihil habere profitetur, quibus dignè reſpondere poſsit diuinis beneficijs. Oſtendit etiam ſuam gratitudinem in accipiendo domini beneficium gratanter, cum ſui nominis laude & inuocatione. Superaddens confidentiam quam habet ex virtute beneficij in nociuorum præſeruatione. Rectè autem ſacerdos profitetur nihil ſe habere quod retribuat domino pro tanto accepto beneficio, quoniam nihil habet ſuum. Quicquid enim habet domini eſt, cuius eſt terra & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuerſi qui habitãt in eo. Hoc igitur tãtùm inuenit, vt gratus

tus recipiat, quæ gratis dominus dignatur dare. Hinc ſubdit: ¶ *Calicem ſalutaris accipiam*) id eſt, ſanguinem Chriſti, qui eſt ſalutare Dei patris, per quem ſaluauit mundum, ¶ *Accipiam*) in eius miſericordiſsimæ effuſionis memoriam, cum ſnmma gratitudine, gratiam pro gratia. Hinc nomen domini largiſsimi benefactoris ¶ *inuocabo*) id eſt, in me vocabo, vt in me habitet, mihi vniatur, méq; per charitatẽ ſuum faciat, quem ſuum fecit creatione, redẽptione, adoptione. Inuocabo autem laudans eum de omnibus beneficijs mihi indigniſſimo retributis, & ſic ſuorum virtute beneficiorũ ſaluus ero ab inimicis meæ ſalutis. ☞ Sed quomodo Dominus ſua beneficia retribuit, qui nihil à nobis recepit? Retribuere enim eſt aliquid pro receptis beneficijs compenſare. Ad quod dicitur, quòd retribuere dicit iteratam tributionem, non curando an is qui retribuit aliquid ab eo cui donat prius acceperit an non. Vnde dicimus bona pro malis retribui, & gratiam pro gratia. Et ita cùm primum donum Dei eſt, quo dat eſſe rei per creationem, quẽcunque poſt conſtitutionem rei in eſſe tribuit, rectè retribuere dicitur: quia iterum tribuit, ſcilicet poſt primum donum creationis, Dum autem ſacerdos hanc

dos hanc orationem incipit, dicens: Calicem ſalutaris accipiam, & cæt. Calicem ipſum detectum facta prius deuota inclinatione, tota cum duotione reuerenter in manus ſumit: omni, qua valet mentis puritate, ſemotis peregrinis cogitationibus: ſoli dominici ſanguinis effuſioni pro ſe & toto humano genere in cruce factæ intentus, ipſum Chriſti ſanguinem præcioſum ſub vini ſpecie latentem, fideliter & cautè, vna cum particula ſpeciebus vini immerſa ſumat, hæc & ſimilia meditando. Refice Domine Ieſu animam meam perfecta refectione cibi & potus, ſacratiſsimi corporis & ſanguinis tui, vt per eam ad perfectiſsimam regni tui in refectionem peruenire valeam: vbi te non iam ſub ſacris myſteriorum ſymbolis, ſed clarè facie ad faciem videre & frui merear in æternum, Amen. Sumpto autem calice cautè, vt nihil in eo ſpecierum vini vel panis remaneat, dicit orationem ſequentem.

qui eſt fons & lauacrum noſtræ
emundationis, & precium
redemptionis, à me potatus.

Sanguis domini noſtri Ieſu Chriſti cuſtodiat

in vitæ innocentia & cordis puritate, ne recidiuem in peccata.

animam meam in vi-

in consortium sanctorum, dominum laudantium in sæcula sæculorum.

tam æternam. Amen.

☞ Post orationes cõmunioni interpositas, sequuntur orationes cõmunioni sub vtraq; specie superadditæ, & harum duæ sunt: Prima respicit eucharistiæ sumptionẽ sub specie vini specialiter. Secunda sumptionẽ sub vtraque specie generaliter. Circa primam, sicut post sumptionem corporis sub specie panis facta est oratio pro salute impetranda ex eiusdem corporis manducatione, ita post potationẽ sanguinis sub speciebus vini, subiungitur oratio pro salute consequenda ex eadem, & patet litera. Quod verò in priori oratione dicitur: Corpus & hic sanguis, pars debet accipi pro toto. Sicut verbum caro factum est, caro ponitur pro homine, & Genes. 40. Cũctæ animæ quæ ingressæ sunt cum Iacob in Aegyptum, &c. 66. animæ, id est, homines. Sic in proposito corp⁹ domini nostri Iesu Christi, id est,

Chri

Chriſtus cuius corpus ſumpſi: & ſanguis, id eſt, Chriſtus cuius ſanguinem potaui, cuſtodiat & cæt. quæ enim petuntur à Chriſto: donantur ſecundum naturam diuinã principaliter: meritoriè per corporis paſsionem & ſanguinis effuſionem.

TEXTVS.

Corpus tuum Dominе quod ſumpſi, & ſanguis quem potaui, adhęreat viſceribus meis & præſta vt in me non

verum & naturale
Ieſu redemptor
tuus verus & proprius
per gratiã & efficaciã virtutis.
ſub ſpecie-bus panis
ſumente
ſub ſpecie-bns vini
non corporalibus quæ ſunt viæ eijciendarum ſuperfluitatũ: ſed ſpiritualibus animæ, quæ ſunt intellectus & volũtas principia operationũ humanarum.

vlla culpa animam deturpans

remaneat ſcelerum ma-

gratia plenitudine formata.

cula, quem ſancta &

ab omni peccati macula

ſpecies panis & vini

pura refecerunt ſacramẽta. Qui viuis & regnas Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

☞ Poſt orationem ſumptionem ſanguinis ſpecialiter reſpicientem, ſequuntur orationes duæ, vtramque ſumptionem ſimul concernẽtes. In quarum prima petit ſacerdos plenè ablationẽ mali ſcilicet purgari per ſumptionem ſacramenti ſub vtraque ſpecie ab omni macula: introitum regni impediente. In ſecunda ibi: Quod ore) petit remedia per ipſa ſacramenta conferri: quibus promoueatur ad ingreſſum regni. Patet litera. ☞ Finita autem oratione ſacerdos ad cornu altaris accedit, vt calicem vino infuſo abluat: & digitos, ipſam-

ſamq́ue ablutionem ſumit, ne ſpecies aliquæ vini aut panis remaneant in calice, aut digitis adhæreant. Sed & vt per ſumptionem ablutionis ſacramentum ſumptũ deferatur ad ſtomachum. Propter quod & communicanti populo de manu ſacerdotis, datur poſt ſumptum ſacramentũ potus vini ablutiuus. Quod totum pertinet ad reuerentiam ſacramẽti. Lauat etiam digitos vel tunc vel poſt finem miſſę, quia indignum videtur quòd digiti qui tantum ſacramentum tractauerũt, ad corporalia tractanda applicentur: niſi ſtudioſe prius lauẽtur. Hæc autem ablutio ad locum mundum fundi debet.

TEXTVS.

ſacramentum corporis & ſanguinis — ſacramentaliter

QVod ore ſumpſi-

ſincera per fidẽ & charitatis deuotionem

Ieſu

mus dñe pura mente ca

in tẽpore præſenti ad animæ vegetationem conceſſo

ſumptione ſpirituali

piamus, & de munere

temporali fiat nobis re-

præſeruatiuum à recidiua, & conſeruatiuum in gratia perſeuerans in vitam æternam.

medium ſempiternum. Amen.

☞ Hæc eſt oratio ſecunda reſpiciēs vtramque ſumptionem, qua petuntur per ſumptionem ſacramēti conferri bona: videlicet mentis puritas ſpiritualiter reficiens, & ſalus tandem ſempiterna. Quod autē ſacramēta dicūtur munera temporalia, ad ſpecies referendum eſt: quę temporales ſunt & mutabiles: vel etiam ad corpus Chriſti & ſanguinem res contentas, quæ dicuntnr munera temporalia: non in ſe, quia glorioſa & perpetua: ſed quantum ad modū exiſtēdi ſub ſpeciebus ſacramentalibus: & ſumendi ſub illis. Hic enim exiſtēdi modus & ſumēdi tantū in præſenti tēpore conuenit corpori & ſanguini: & nobis contra huius temporis miſerias donatus eſt: per quē peruenire mereamur ad fruitionem refectionis ſempiternæ. Solent nōnulli pro ſua deuotione alias addere orationes: & varij varias,

rias, ne si tempus post dictas orationes superfluat, priusquã ad complendas legendas fuerint expediti, in illo non vacent ab oratione ne locum dent distractioni. De hijs nihil ordinauit ecclesia, idcirco tales omitti possunt sine conscientiæ scrupulo, nec culpatur deuotio eas adijcientis.

☞ Sed circa huius sacramenti sacratissimam semptionem, aliqua breuiter sunt addenda. Et primò quod quadruplex distinguitur manducatio huius sacramenti: quædam purè corporalis: quædam sacramẽtalis tantum: quædam spiritualis tantũ: quædam simul sacramentalis & spiritualis. Prima est dum species illæ manducantur sicut alius cibus nullo respectu habito ad contenta. Quomodo etiam bestię possunt sumere illud sacramentum: vt mures & porci & infideles, non credentes, nec cogitantes de ratione sacramenti. Sacramentalis tantum est cum manducantur species ab eo qui attendit eas esse sacramẽtales, id est, institutas ad repræsentandũ & continendum res sacras: etiam si non credat ibi contineri verũ corpus Christi & eius sanguinem: & tamen sine reuerentia debita manducat. Et sic manducant peccatores sine purgatione sua accedentes. *Lect. 87*

Manducatio ſpiritualis tantùm eſt, dum percipitur fructus ſacramẽti abſq; ſpecierum ſumptione: hoc modo manducant quicunque ſunt in gratia, affectantes fructum huius ſacrificij : licet ſpecies non ſumant. Manducatio ſacramentalis & ſpiritualis ſimul, eſt dũ ſpecies illę panis & vini dignè ſumuntur, id eſt recta fide, intentione, deſiderio & charitate, primi, ſecundi & quarti verè ſumunt corpus Chriſti, tertij accipiunt fructum tantum, ſpiritualem ſcilicet animæ refectionẽ, & non verum corpus Chriſti. Quarti vtrumque accipiunt: verum ſcilicet corpus & ſanguinem Chriſti ſub ſpeciebus quas manducant, & etiam ſpiritualem refectionem. De hoc latius. Lectione. 87.

Lect. 88. ☞ Sed poſſet quæri de manducantibus ſacramentaliter quamdiu manet in ſumente verum Chriſti corpus? Reſpondetur breuiter quòd manet corpus Chriſti realiter ſub ſpeciebus, quamdiu ſpecies non alterãtur tanta alteratione ſub qua nõ maneret ſubſtantia panis, ſi conſecratio facta non foret. Species illæ alterantur per omnia, ac ſi forent in ſubiecto, ſupplente domino impotentiam naturæ. Facta alteratione quæ dicta eſt, deſinit ibi eſſe corpus Chriſti, & manet vbi eſt, ſi ſpecies illæ conſecratæ non

nõ fuiſſent, ſcilicet in cœlo aut ſub alijs ſpeciebus conſecratis in alio loco. Non tamen localiter mouetur ab illis ſpeciebus per medium ad cœlum aut alium locum, ſed ſimpliciter deſinit eſſe ſub illis ſpeciebus. De hoc. Lect. 84. ☞ De fructibus autem huius communionis vix aliquid breuiter dici poteſt. Cùm enim ſacramẽtum ſit nobis ſacrificium ſacrificiorum, & memoriale illius ſummi ſacrificij, ſummi pontificis noſtri Ieſu Chriſti filij Dei, quod ipſe pro omnium ſalute in cruce obtulit. Omnibus ſacrificij fructum dignè ſumentibus operatur ſcilicet peccati expiationem, pacis ſtabilitatem, cordis cum Deo vnionem, gratiarum actionem. Quia etiam eſt nobis cibus reficiens animam, omnem operationem quam cibus corporalis operatur in corpore, iſte panis cœleſtis operatur ſpiritualiter in anima, deperditum reſtaurat, vitam conſeruat, gratiam augmentat. Quia viaticum ideo in via ambulantes roborat & confortat in itinere, lætificat in labore, & perducit ad terminum in beatitudine. Nam panis confortat, & vinum cor hominis lętificat, & cibus cœleſtis dat vitam æternam. Quia cõmunio ideo omne meritum Chriſti & eccleſiæ communicat ſumenti. Quia pignus æternæ *Lect. 85. & 86.*

gloriæ, ideo ſpē ſalutis certificat, eleuat deſiderium, & inflammat. De his fructibus latiſsimè ꝓſequitur. Lec. 85. & 86.

Et quanto plus proficit ſumentibus dignè, tanto ex oppoſito nocet acceden tib⁹ indignè. Hij traditori Iudæ, Iudæis condemnantibus, & crucifixioribus, ſanguinem Chriſti effundentibus tanquàm rei mortis Chriſti comparantur, de quo lect. 87. ☞ De frequentatione autem huius ſacramenti hoc breuiter dicitur, quod licet vtrumquè, accede re ſcilicet ad ſacramentalem communionem, & ab eadē abſtinere in caſu meritorium eſt & laudabile, cæteris tamē paribus melius eſt accedere ſumendo ſacramētaliter & ſpiritualiter, quàm abſtinendo tantū ſpiritualiter ſumere. Nā plurales effectus conſequuntur ſacramentum ſacramentaliter ſumptum, ex opere operato, quæ non conſequuntur eius ſumptionem ſpiritualem tantum. Vnde patet imprudentia eorum atque ſtultitia qui diſpoſiti abſtinent à ſacramentali cōmunione, ſtulti quo ad ſe & improuidi quo ad ꝓximos, immò ingrati quo ad Deū, quia ſibi ſubtrahunt gratię augmentum, proximis auxilium, deo honorem & gratiarum actionem. De quo latius Lect. 87. ☞ Finaliter aliquid de negligentijs quæ nonnunquam

quàm contingunt addendum. De quibus tamen latius Lectio. 88. tractatur.

☞ Possunt enim defectus contingere circa substantialia & necessaria sacramentorum, puta circa materiam, formam, ministrum, aut eius intentionem. Aut circa ceremonialia non necessaria, vt sunt locus, tempus, vestes, vasa, luminaria, orationes, gestus, & huiusmodi. Tertio contingere possunt circa reuerentiam sacramenti, vt si fundatur calix, aut gutta sanguinis stillet in terrā. Quartò circa ministrum, quia forte memoratur se non esse ieiunum. De his quadruplicibus defectibus breuiter aliquid dicendum. De primo si defuerit materia necessaria panis vel vini, si id sacerdos deprehenderit ante consecrationem, accipiat de nouo materiam debitam, procedat ad eius consecrationē nihil repetendo, vbi timetur scandalum populi circumstantis. Si verò post consecrationis verba, post sumptionem vel ante cognouerit defectum, puta calicem vacuum vel aqua tantum infusum: quia de pane vix contingere posset, procedat ad cornu altaris, & infuso de nouo vino redeat ad medium altaris, & ab eo loco incipiat. Simili modo postquam cœnatum est, &c. legendo cum intentione consecrandi vsque ad illum Lect. 88.

locum. Vnde & memores) & ſtatim ſine oſtentione ad populũ ſumat, & poſt ablutionem accipiens ad finem miſſæ procedat, & hoc fieri poteſt breui tẽpore ſine ſcãdalo populi: ita docet Scotus. Ne tamen hæc negligentia contingat, ſacerdos in preparatione calicis faciat miniſtrũ guſtare vinum in ampulla, priuſquam fundat in calicem. Cautè etiam dum calicem & patinam in manus ſacrificaturus accipit, videat, ac ſe certum faciat vinũ fore in calice & panẽ in patina. ☞ Si negligentia circa formam contingeret talis per quam impediretur conſecratio, de quo ſupra habitum eſt, repetatur forma debita ſuper materiam debitam, & hoc dum certus fuerit ſe formam non integrè protuliſſe. Si verò dubitat, conſiliũ eſt doctorum vt procedat, quia cõtingere poteſt ꝙ ex diſtractione ſubita obliuiſcatur ſe protuliſſe. De intentione ſupra dictum eſt. Sufficit enim intentio virtualis circa materiam quæ eſt in proſpectu cõſecrantis: etiã ſi forent plures particulę, & circa numerum earum erraret, dummodo tamen totum quod in proſpectu eſt intenderet ſaltem virtualiter conſecrare. ☞ Circa ſecundum ſi negligentia cõtingat in ceremonialibus, loco, tẽpore, vaſis, geſtibus, orationibus, aut alijs

quæ

quæ non ſunt de neceſsitate conſecrationis, non hæc negligentia impedit effectum cõſecrationis, licet celebrans ſi ex ſua culpa accidit, quandoque incidat ex communicationem, quandoque irregularitatem: tamen propter hoc nihil eſt incepto canone iterandum, ſed procedendum. De tertijs negligentijs circa irreuerentiam ſacramenti. Si muſca, aranea, aut venenum in calice deprehenſum fuerit, nihil abominabile ſumi debet aut mortiferum, ſed in vaſculo mundo debet ſacramentum recludi, & reponi in loco ad hoc in eccleſia deputato, & mundato calice denouo, fiat conſecratio ſanguinis, vt ſupra dictum eſt, ſi aqua fuiſſet in calice & conſecratus ſumatur. Si verò animal poteſt capi capiatur: & capto animali potus ſi non eſt abominabilis nec mortiferus, incineretur animal, & cineres conſeruentur cum reliquijs, ac deinde ſumatur ſacramentum. Idem ſi mus vel animal apprehenſam hoſtiam conſecratam comederet, ſi apprehendi poteſt incineretur, & cineres cum reliquijs condãtur. Sic fiat de particulis reſeruatis ꝑ infirmis, ſi cõputruerũt vel in puluerẽ redactæ ſunt, ponãtur cũ reliquijs aut loco honorabili in eccleſia ad hoc deputato. ☞ Si verò hoſtia cõſecrata in terram

ram ceciderit, radatur locus quẽ tetigit, & raſura cũ reliquis reponatur & hoſtia ſumatur ſi ſine abominatione fieri poterit. Sic ſi euomuerit quis, lota ſumatur. Alioquin vt ſupra in loco mundiſſimo reſeruetur. Si ſacramentum ſanguinis fuſum fuerit in pallam vel pallas altaris, ter lauetur pars pallæ recipiens ſtillam, & ablutionem ſumat ſacerdos: & ſecundum aliquos pars pallę exſcindatur, comburatur, & cineres cum reliquijs cuſtodiantur. ☞ Si ſupra tabulam vel terram fuſum fuerit, locus diligenter lambatur, & lauetur, & lotio ſi abominabilis non fuerit ſumatur, etiam radatur & raſura cum reliquijs reponatur. ☞ De quarto ſcilicet negligentia contingente circa miniſtrum: Vel quia miniſter non eſt ſacerdos, quia non baptizatus, aut non ritè ordinatus, & ſi hoc in actu celebrationis deprehenderit, ceſſare debet, quia totum quod egit irritum eſt & inane. Si defecerit ſacerdos ante conſecrationem morte vel infirmitate, poteſt quidem officium per alium ſacerdotem perfici, incipiendo ab eo loco quo prior defecit. Non tamen oportet. Si vero poſt conſecrationem, per alium ſupplendum eſt, ſi ſacerdos ieiunus haberi poteſt: Si haberi non poteſt, reſeruetur ſacramentum

tum in diem alterum, & tunc à ſacerdote ſumatur. Si inter verba cõſecrationis deficiat, tunc per alium ſacerdotem debet ſuppleri, qui incipiat ibi: Qui pridie) ſi defecerit in verbis conſecrationis panis, aut ibi: Simili modo) ſi defecit in verbis cõſecrationis vini, & conſequenter officium ritè perficiat.

Idem ſi dubium fuerit vbi defecerit, licet aliqui ſentiant, quòd noua hoſtia & vinum aliud, prioribus inter reliquias reconditis, recipiat ſupplens ſacerdos, & officium compleat, ſed primum videtur conſultius. Neque propter hoc iteratur conſecratio ſuper eandem materiam, quia non cenſetur iteratũ quod dubitatur eſſe factum. Si verò ſacerdos recordaretur ſe eſſe prohibitum, vt quia excommunicatus vel ſuſpenſus, aut locus interdictus aut coram excommunicato conſtitutus, & hoc ante conſecrationem, ſi poteſt ſine graui ſcandalo, ceſſet ab officio, maximè ante canonem, ſi in canone aut poſt conſecrationem, procedat cum contritione cordis & propoſito confitẽdi, & poſt miſſam confiteatur & pœniteat. Innumeræ contingere poſſunt negligentiæ, ſed ex his aliæ iudicentur: & de his latius ac de pœnitentijs negligentibus iniungendis vide Lectione. 88.

☞Poſt

Lect. 89 ☞ Post sumptionem eucharistiæ sub vtraque specie etiam lotionis calicis, sequitur antiphona quæ post communio dicitur. Et hæc est tertia pars principalis secundæ partis Missæ. In qua post communionem sacratissimæ eucharistiæ cũ gratiarũ actione finis mysterijs imponitur. Et diuiditur: Nam primò præmittitur quidam iubilus & exultatio in gratiarum actione per antiphonam cãtari solitam, quę Postcõmunio dicitur. Secundò humilis deprecatio, vt participatio eucharistiæ effectum salutis operetur ibi: Dominus vobiscum.) Tertiò Missa concluditur ibi: Ite missa est) Antiphona quę Postcommunio dicitur secundum diuersitatem officiorum variatur, & in signum lætitiæ & gratiarum actionis ac gaudij de susceptа communione altisonè cantatur secundum illud Prophetæ: In voce exultationis & confessionis sonus epulantis. Significat etiam cantus ille gaudium. Apostolorum de dominica resurrectione, secundum illud Ioh. 20. Gauisi sunt Discipuli viso domino, vt vult Innocentius.

vt maneat in vobis per gratiam in æternum.

D Ominus vobiscum

Res-

reſpondet populus idem imprecans ſacerdoti.

Et cum ſpiritu tuo.

ait ſacerdos: ſimul ſcilicet in vna ſacramenti gratia vniti.

Oremus.

☞ Hæc eſt particula ſecunda partis tertiæ principalis, in qua fit humilis deprecatio, vt percepta communio effectum ſalutis in participantibus operetur. Hæc autem deprecatio fit per orationes quæ complendæ dicũtur: cò quòd per eas completur & finitur miſſę officium, & illæ etiam variantur ſecundum variationem officiorum. Præmittit autem ſacerdos ſalutationem populi, optans diuinam aſsiſtentiam in finem per ſumptionem ſacramẽti perdurantem, populumque hortatur ad ſecum ſimul orandum, dicens: Oremus. Deinde orationem ſubiũgit qua regulariter petit, vt ſacra cũmunio effectum ſuum operetur, ſcilicet gratiam augeat in præſenti, & gloriam conferat in futuro. Ad hæc enim petenda frequenter

ſo-

ſonant complendæ: vel ſaltem ad aliqua ad gloriam æternam ordinata.

☞ Sequuntur collectę eo numero quo collectas in miſſæ principio, & ſecretas ante canonem prærogauit. Et has dicens redit ad dextrum cornu altaris, ad ſignificandum quòd in fine mundi prædicatio Chriſti reditura eſt ad populum Iudæorum, ſecundum illud Romanorum. 9. Iſaias autem clamat pro Iſraël, ſi fuerit numerus filiorum Iſraël ſicut arena maris, reliquię ſaluæ fient.

☞ Finita hac oratione, redit ad medium altaris. Quia ſicut per dextrum cornu altaris repræſentatur Iudaicus populus, & per ſiniſtrum Gentilis: ita per medium altaris ſignificatur Chriſtus, qui eſt lapis angularis, duos in ſe parietes, Iudæos videlicet & Gentiles: in fidei ſuæ vnitate connectens. Vt ſicut miſſæ officium incipiendum eſt in Chriſto, ita & in eo finiendum, quoniam ipſe eſt Alpha & ω, principium & finis, à quo omnis noſtra oratio & actio ſumere debet initium, & in ipſo finaliter tanquam in fine vltimo, ſummo & optimo terminari. Etiam redit ad medium, id eſt Chriſtum: vt ab ipſo petat benedictionem, qua benedicturus eſt populum abeuntem. ☞ Ad finem

finem orationis iterum ſalutat populum, dicens: Dominus vobiſcum)optans vt recedentes à templo, non recedant à domino, vt ſatagant quatenus dominus ſemper cum eis in omnibus agendis maneat,& nũquam ab eorum intentione & amore recedat. Et populus reſpondens: Et cũ ſpiritu tuo)optat vt ipſe ſacerdos poſt miſſam non carnalibus, ſed ſpiritualibus vacans exercitijs domino ſemper adhæreat, orationibusque iugibus domino vniatur. Nã *Lect. 85.* ſpiritus eſt dominus, & eos qui adorãt, in ſpiritu & veritate adorare oportet. Iohan. 4 quaſi diceret populus: Et cum ſpiritu tuo ſit dominus, vt ſpiritu ambules, & deſideria carnis non perficias. Et nota quòd ſepties ſacerdos ſalutat populum, quatenus excluſis vitijs ſeptem capitalibus, ſuſcipiat gratiam ſeptiformis ſpiritus. Et quinque vicibus ſe vertit ad populum, ſcilicet ante primã collectam, ante offertoriũ, poſt offertoriũ, cùm dicit: Orate pro me, ante vltimam collectam, poſt communionẽ, & poſt eandem orationem, ſignificans quinque apparitiones, quibus Dominus in die reſurrectionis ſuis dilectoribus apparuit.

TEXTVS.

hoſtia

Ite ad propria redite. hoſtia ſalutaris vel officium miſſæ finitum eſt.

Ite Miſſa eſt,

à quo nobis donatum eſt tantum ſacramentum, ſit laus, honor, gloria, & gratiarum actio, per immortalia ſæcula ſęculorum.

Deo gratias.

☞ Hæc eſt tertia particula in qua concluditur miſſa, & habet tres partes. In prima ſacerdos populum ad redeundum ad propria licentiat. Secundò, licentiatum benedicendo ſanctificat. Tertiò oratione ad Deum ſe conuertens totum officium concludit & terminat.

☞ Et nota quòd in propoſito dictio (Miſſa) poteſt accipi dupliciter, participialiter, ſcilicet & nominaliter. Participialiter, ſenſus eſt: Ite ad propria redeũtes, quia miſſa eſt pro vobis hoſtia ſalutaris, Chriſtus ſcilicet mediator noſter ad patrem, vt tanquam aduocatus noſter ipſum pro nobis interpellet. Vel nominaliter pro miſſæ officio, & ſic ſenſus eſt: Ite ad propria, corporis intendẽdo neceſſarijs, quia Miſſa, id eſt, Miſſę officium eſt, ſupple finitũ. Ante cuius finem eccleſia ſtatuit, ne populus recedat

dat. Reſpondet populus: Deo gratias, tanquam gratus Deo de ſuſcepto beneficio gratias agent. Hæc autem concluſio in feſtis dum populus concurrit ad eccleſiam dicitur, cuius officium eſt circa exteriora: ideo ad ipſa prouidentia licentiatur. Sed feriatis diebus quibus populus non tenetur intereſſe diuinis, ſed clerici diuino cultui adſcripti, quorũ exercitiũ eſſe debet iugiter in ſorte domini, concluditur Miſſa per Benedicamus domino: quo verbo non datur licentia circumſtanti clero, ſed ad continuandum religionis cultum additur exhortatio, dicendo: Benedicamus domino: nos ſcilicet diuino cultui ſpecialiter deputati. Et reſpondent: Deo gratias, quaſi obediendo ſacerdotali exhortationi, gratias de officij perfectione domino reddentes. ☞ Et quoniam in diebus quadrageſimæ & aduentus etiam populus magis orationibus inſiſtere debet, quàm diebus cæteris, tunc etiam die dominico dum populus diuinis intereſſe tenetur, non licentiatur per: Ite Miſſa eſt) Sed magis per, Benedicamus domino: quo exhortatur vt ſolicitudinem temporalium temperantes magis ſolito diuinis laudibus inhæreant, & ſpiritualiter ad dominum ſe conuertant. ☞ In miſſa pro defunctis

pro

pro concluſione dicitur: Requieſcant in pace, vt finis huius officij reſpondeat principio, in quo eis æterna requies poſtulatur, & quia illud officium ſingulariter defunctis applicatur, ideo in ei⁹ principio, medio & fine, requies in pace æterna ac iucundiſsima adoptatur. Et reſpondet chorus: Amen, id eſt, fiat quod poſtulatur. Sequitur ſecunda portiuncula, qua populus ad propria dimiſſus benedicitur à celebrante. Hanc autem benedictionem præſente epiſcopo dare non debet ſacerdos, niſi epiſcopo iubente vel præmittente: ſed magis epiſcopus tanquam Hierarcha & ſuperior eam dabis. Solennem tamen benedictionem etiam ſacerdos abſente Epiſcopo dare non debet. Quæ autem ſit ſolennis, quidam diuerſificant. Nam aliqui illam æſtimant ſolennem, cui præmittuntur verſiculi: Sit nomen. Adiutorium. Sed huic dicto obuiat cõmunis conſuetudo. Nam omnes ſacerdotes vt communiter præmittunt hos verſiculos, ideo alij probabilius dicunt, quòd benedictio ſolennis eſt benedictio pontificalis, quæ patur ante Agnus Dei cum orationibus ſpecialibus in pontificali ad hoc ordinatis. Hanc ſacerdotes dare prohibentur. Benedicitur autem populus, vt donis cœleſti-

leſtibus repleatur, & in bonis contra omnes inimici aduerſitates cuſtodiatur, præſtante hoc diuina maieſtate beatiſsimæ Trinitatis, Patris & Filij, & Spiritusſancti. Ad hoc ſonāt verba benedictionis, quibus plerique ſacerdotes vtuntur, illa ſcilicet: Cœleſti benedictione benedicat & cuſtodiat vos diuina maieſtas, & vna deitas, Pater & Filius, & Spiritusſanctus, quaſi dicerent: pater & filius & ſpiritusſanctus, qui ſunt vna deitas, & diuina maieſtas benedicat vos, qui officio miſſæ interfuiſtis cæleſti benedictione, qua bonis gratiæ ſupernaturalibus repleamini, & cuſtodiat ab omni aduerſitate & impugnatione vos proſternente, carnis, mundi, & ſpiritus inimici. Reſpōdetur. Amē, fiat.

☞ Signat etiā ſacerdos benedicēdo ſeipſum & populum crucis ſigno, ad omnem poſitionis differentiam, quo triumphali ſigno, & ſanctificamur, & defendimur ab inſidijs inimici, qui ſignū quo victus eſt erubeſcit, timet & fugit.

☞ Poſt benedictionem ſequitur vltima portiuncula, oratio ſcilicet.

TEXTVS.

Placeat tibi ſanc-

acceptum ſit & gratum.

Deus vnus, pater, & filius, & ſpiritus ſanctus.

cta Trinitas hoc obſe-

quium ſeruitutis meæ,

& præſta vt ſacrificium

quod oculis tuæ maie-

ſtatis ego indignus ob

tuli, ſit tibi acceptabile

ſacerdoti.

mihiq; ex omnibus pro quibus illud obtuli, ſit

missæ à te institutum, & offerri tibi præceptum.

gradus & ordinis mei.

veri corporis & sanguinis Christi.

omnia nudè contuentis.

presbyter ex me, dignificatus ex te.

non tantum ex se, sed etiam quantum est ex offerente.

fidelibus viuis & defunctis.

miseri-

Pro diluendis culpis.
Pro redimēdis pœnis.
Pro conferendis ſpiritualibus donis.

misericorditer concedente.

te miſerãte propitiabile, Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

☞ In hac oratione ſacerdos velut in quodam compendio petitiones priores recolligit, humiliter petens pro ſe alijsq; omnibus: pro quibus ſacrificium obtulit exaudiri. Et tangũtur quatuor, ſcilicet dignitas eius cui ſacrificatur. Secundò, ordo & poteſtas ſacerdotis ſacrificium offerentis, ibi: Hoc obſequium ſeruitutis) Tertiò, humilitas offerentis qua vt placitum ſit deprecatur, ibi: Ego indignus obtuli) Quartò ordinata charitas eiuſdem, qua vt ſibi & omnibus proſit ſupplicatur. Et ſatis patet textus huius finalis orationis qua totum miſſæ officium terminatur.

Et tantum de hac abbreuiatura.
Gratias Deo Amen.

FINIS.

SERMO B. CYPRIANI DE COENA DOmini, & prima institutione consummantis omnia sacramenta, quem ne charta vacaret, pie Lector, ceu appendicis loco adiecimus.

SVscitati Lazari Hierosolymis increbruerat rumor, & tam solenne miraculum ad venerationem Christi excitauerat populum; vnde & ei ciuitatem ingredienti, cum ramis palmarum obuiam processerunt, sedentemque super asinum resonantibus laudibus gratulabundi introduxerunt in vrbem, regem Israël confitentes, & acclamantes, filium Dauid in nomine Domini aduenisse, cuius æternum imperium, prophetarum vaticinia antiquitus conclamarant. Nec latebat dominum, qui sciebat omnia, quòd in viæ illius confinio de torrente passionis erat bibiturus, & ex ea veneratione quæ impendebatur ei à plebe, inflammandam amplius inuidiam magistratuum, & animos exacerbatos vehementiori insania perturbandos, & conspirationis malignæ non vltra posse occultari consilia, nec differri amplius quæ de eius

eius interitu cogitarant. Sed volebat pius magiſter cũ iam damnationis ſuæ dictaretur ſententia, & prope eſſet vt figeretur in cruce, ſuæ dare indicia poteſtatis: & qui animam Lazari reuocauerat ab inferis, & quatriduano mortuo reddiderat vitam, dinoſceretur virtute diuina, non humana, tantum opus patraſſe: & impoſsibile eſſe, ſuam animam ab inferno teneri, qui alienã poteſtatiuè extraxerat: nec ſe neceſsitate, ſed obediẽtia vrgeri ad mortẽ, & vitam quam alijs reddebat, ad ſe quoq; vbi iuberet, ilicò redituram. Finem igitur legalibus cæremonijs impoſiturus, parari ſibi voluit Paſcha, & ex conſuetudine legis ea quæri quæ ſolennitas exigebat, agnum aſſum, panes azymos, & lactucas agreſtes. Non oportet eſſe fermentarios noui teſtamenti miniſtros, puras ſynceras q; mentes, ſanctũ quærit conuiuiũ: in veru crucis boni odoris aſſatio oẽm excoquat carnaliũ ſenſuum cruditatẽ, & induret, ſolidet q; mentis affectus: nec in eccleſiæ ſanctæ ſacrificio vlla ſit macula, ſed pura ſimplicitas & innocẽtia vitæ in vna Eccleſiæ catholicę domo, à fidelibus de Aegypto egrediẽtibus trãſito mari rubro, lotis Chriſti ſanguine affectibus, offeratur. Cœna itaq; diſpoſita, inter ſacramentales epulas obuia-

Cœnæ dominicæ apparatus.

uiarunt ſibi inſtituta antiqua & noua: & conſumpto agno, quem antiqua traditio proponebat, inconſumptibilem cibum magiſter adponit diſcipulis: nec iam ad elaborata impenſis & arte conuiuia populi inuitantur, ſed immortalitatis alimonia datur, à communibus cibis differens, corporalis ſubſtantiæ retinens ſpeciẽ, ſed virtutis diuinę inuiſibili efficientia probans adeſſe præſentiã. Significata olim à tempore Melchiſedech prodeunt ſacramenta, & filijs Abrahæ facientibꝰ opera eius, ſummus ſacerdos panem profert & vinum. Hoc
Mat. 20. eſt, inquit, corpus meum. Manducauerant & biberant de eodem pane ſecun-
Mar. 14 dum formam viſibilem, ſed ante verba illa cibus ille cõmunis, tantum nutrien do corpori cõmodus erat, & vitæ corporalis ſubſidium miniſtrabat. Sed ex quo à domino dictũ eſt: Hoc facite in
Luc. 22. meam cõmemorationem. Hæc eſt caro mea, & hic eſt ſanguis meus, quotieſcũque his verbis & hac fide actũ eſt, panis iſte ſubſtantialis & calix benedictione ſolenni ſacratus, ad totius hominis vitã ſalutẽq; proficit, ſimul medicamentũ & holocauſtũ ad ſanandas infirmitates, & purgandas iniquitates exiſtẽs. Manifeſtata eſt etiã ſpiritalis & corporalis cibi diſtantia, aliud fuiſſe quod

prius

prius est adpositum & consumptum: aliud, quod à magistro datum est & distributum. Quamdiu cibi illi qui ad diem festum erant parati, à conuescentibus apostolis sumebantur, veteris paschæ agebatur memoria: necdum Iudas ad veterem vitam pertinens, diabolo in uadente & occupante animũ eius egredi cogebatur: sed vbi sacrum cibũ mens perfida tetigit, & sceleratum os panis sanctificatus intrauit, parricidialis animus vim tanti sacramenti nõ sustinẽs, quasi palea de area exufflatus est, & præceps cucurrit ad proditionem, & precium ad desperationem & laqueum. Orta fuerat aliquando, sicut in euangelio Ioannis legitur, de nouitate verbi huius quæstio: & ad doctrinam mysterij huius obstupuerant auditores, cùm diceret Dñs: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem nõ habebitis vitam in vobis. *Ioan.6.* Quod quidã quia nõ credebãt, nec poterant intelligere, abierunt retro: quia horrendum eis & nefarium videbatur vesci carne humana, existimantes hoc eo modo dici, vt carnẽ eius vel elixam, vel assam, sectamque membratim, edere docerentur, cum illius personæ caro, si in frusta partiretur, non omni humano generi posset sufficere: qua

semel cõsumpta, videretur interisse religio cui nequaquam vlterius victima supereſſet. Sed in cogitationibus huiusmodi caro & ſanguis non prodeſt quicquam, quia ſicut ipſe magiſter expoſuit, verba hæc ſpiritus & vita ſunt, nec carnalis ſenſus ad intellectũ tantæ profunditatis penetrat, niſi fides accedat.

Manducare carnem & bibere ſanguinẽ, quomodo intelligatur.

Panis eſt eſca, ſanguis vita, caro ſubſtantia, corpus eccleſia: corpus propter membrorum in vnum conuenientiam: panis propter nutrimenti congruentiam: ſanguis propter viuificationis efficiẽtiam: caro propter aſſumptæ humanitatis proprietatem. Hoc ſacramentum aliquando corpus ſuum, aliquando carnẽ & ſanguinem, aliquãdo panem Chriſtus adpellat, portionem vitæ æternæ, cuius ſecundum hæc viſibilia corporali communicauit naturæ. Panis iſte communis in carnem & ſanguinem mutatus, procurat vitam & incrementum corporibus: ideoque ex conſueto rerum effectu fidei noſtræ adiuta infirmitas, ſenſibili argumento edocta eſt viſibilibus ſacramentis ineſſe vitæ æternæ effectũ, & non tã corporali quàm ſpirituali tranſitione Chriſto nos vniri. Ipſe enim & panis, & caro, & ſanguis, idem cibus & ſubſtantia, & vita factus eſt eccleſiæ ſuæ, quam corpus ſuum adpellat,

Tranſſubſtantiatio.

dans

dans ei participationē. Et nos quidem cùm caro eſſemus & ſanguis corrupta & infirma corporis animæque natura, reformari non poteramus, neque ad ſimilitudinē Dei reuerti, niſi morbo inueterato imponeretur malagma conueniens, & in curatione deſperatæ infirmitatis contraria remouerentur contrarijs, & ſimilia ſimilibus conuenirent. Panis iſte quē dominus diſcipulis porrigebat, non effigie, ſed natura mutatus omnipotentia verbi factus eſt caro: & ſicut in perſona Chriſti humanitas videbatur, & latebat diuinitas, ita ſacramēto viſibili ineffabiliter diuina ſe infudit eſſentia, vt eſſet religioni circa ſacramenta deuotio, & ad veritatem, cuius corpus ſacramenta ſunt, ſyncerior pateret acceſſus vſque ad participationē ſpiritus, non q̄ vſque ad cōſubſtantialitatē Chriſti, ſed vſq; ad ſocietatem germaniſsimam eius hæc vnitas peruenisſet. Solus quippe filius patri conſubſtantialis eſt, nec diuiſibilis eſt, nec partiabilis ſubſtantia Trinitatis, noſtra verò & ipſius coniunctio nec miſcet perſonas, nec vnit ſubſtantias, ſed affectus conſociat & confœderat volūtates. Ita eccleſia corpus Chriſti effecta, obſequitur capiti ſuo, & ſuperius lumen in inferiora * diffuſa claritatis ſuæ plenitu- *Diffuſum.*

dine, à fine vſq; ad finem attingens totū apud ſe manens, totum ſe omnibus cōmodat, & caloris illius identitas ita corpori aſsidet, vt à capite non recedat, Panis itaq; hic azymus, cibus verus & ſyncerus per ſpeciē & ſacramentū nos tactu ſanctificat, fide illuminat, veritate Chriſto conformat. Et ſicut panis communis, quem quotidie edimus, vita eſt corporis: Ita panis iſte ſuperſubſtātialis vita eſt animæ, & ſanitas mentis. Panē angelorum ſub ſacramento manducamus in terris, eundem ſine ſacramento manifeſtius edemus in cœlis, non miniſterio corporali, ſæpe repetitis actionibus ad *eadem reuertentes, ſed conſummato ſacerdotio noſtro, erit & permanebit perpetua & ſtabilis, implens & reficiens nos ſufficientia, qua proferet ſe palam abſq; vllis integumentis, omnibus cōſpicabilis ſummi præſentia ſacerdotis. Sacramēta quidē, quantū in ſe eſt, ſine propria eſſe virtute non poſſunt, nec vllo modo diuina ſe abſentat maieſtas myſterijs, ſed quamuis ab indignis ſe ſumi vel contingi ſacramenta permittant, nō poſſunt tamen ſpiritus eſſe participes, quorū infidelitas vel indignitas tātæ ſanctitudini contradicit. Ideoq; alijs ſunt hæc munera odor vitę in vitam, alijs odor mortis in mortem

*eundem

tem quia omnino iustum est, vt tanto priuentur beneficio gratiæ cõtemptores, ne in indignis tantæ gratiæ puritas sibi faciat mansionem. Noua est huius sacramenti doctrina, & scholæ euangelicæ hoc primũ magisteriũ protulerũt, & doctore Christo primum hæc mundo innotuit disciplina, vt biberent sanguinẽ Christiani, cuius esum legis antiquæ autoritas districtissimè interdicit. Lex quippe esum sanguinis prohibet, euangelium præcipit vt bibatur: in quibus mandatis hoc maximè discernere debet Christiana religio, quòd sanguis animalium à sanguine Christi per omnia differens, temporalis tantum habeat viuificationis effectum, & vita eorum finem habeat, & sine vlla reuocatione terminũ constitutum. Ideoq; ad obtinendam æternitatem non potest * perficere, quod semel obrutum nõ surgit vlterius, nec aliqua ei supersit virtus, quod sine vlla spe præcisis radicibus, mors penitus exiccauit. Vita verò hominis licet aliquam habeat affinitatem cum sanguine, nõ tamen solo sanguine regitur, sed anima sanguini dat caloris & nutrimenti effectum, sicut & cæteris quæ in corpore sunt, propria distribuit officia, & diuidit motus, & quasi talenta partitur. Nec oportuit

Vita hominis non solo sanguine regitur.

vt ſanguini humano ſanguis pecudum miſceretur, quia vita rationalis hominis vitæ beſtiali cõſociari nõ habet, ſed omninò à fidelium animis quaſi ſanguis impurus, detergẽda eſt hæc carnalis opinio, ne putetur vita hominis eo modo trãſitoria, quo vita pecudũ inaneſcit, vel q̃ ſanguis cõſubſtantialis fit animę, & neceſſe ſit vtrunque ſuperueniẽte ſuffocatione diſſolui. Carne quidem animalibus ſimiles ſumus, ſed vita diſimiles : ideoque quod commune cũ eis habemus, nobis incorporare licenter poſſumus, quod verò dignitati noſtræ non conuenit, & ab æternitate alienum videtur, à nobis ſubtiliſsimo legis indicio ſeparamus. Bibimus autem de ſanguine Chriſti, ipſo iubente, vitæ æternæ cũ ipſo & per ipſum participes, animalis vitæ peccata quaſi ſanguinem impurũ horrentes, & fatentes nos per peccati guſtũ à beatitudine priuatos & damnatos, niſi nos Chriſti clemẽtia ad ſocietatẽ vitæ æternæ ſuo ſanguine reduxiſſet. Nobis itaq;, pro quibus ſanguis Chriſti oblatus eſt in cruce, & quos reconciliauit Deo omnes excedens victimas hoc ſacrificium ſingulare, ipſe Chriſtus pincerna porrexit hoc poculũ, & docuit, vt nõ tãtum exterius hoc ſanguine liniremur, ſed & interius adſper-

ſperſione omnipotenti anima muniremur, & penetrãs omnia tãti medicamẽti virtus, quicquid eſſet intus ibi durũ, effugaret & renouaret, ſanaretq́; quicquid morbi carni vel ſpiritui veteris vitæ adlinierat corruptela, Dixerat ſanè huius traditionis magiſter, quòd niſi mãducaremus * & biberemus eius ſanguinem, non haberemus vitã in nobis, ſpiritali nos inſtruens documento, & aperiens ad rem adeo abditam intellectum, vt ſciremus quòd manſio noſtra in ipſo ſit manducatio, & potus quaſi quędam incorporatio, ſubiectis obſequijs, voluntatibus iunctis, affectibus vnitis. Eſus igitur carnis huius quędam auiditas eſt, & quoddam deſideriũ manẽdi in ipſo, per quod ſic imprimimus & eliquamus in nobis dulcedinem charitatis, vt hęreat palato noſtro & viſceribus ſapor dilectionis infuſus, penetrans & imbuens omnes animæ corporisq́; receſſus. Potus & eſus ad eandem pertinent rationem, quibus ſic vt corporea nutritur ſubſtantia & viuit, & incolumis perſeuerat, ita vita ſpiritus hoc proprio alimẽto nutritur, & quod eſt eſca carni, hoc animæ eſt fides: quod cibus corpori, hoc verbum ſpiritui, excellentiori virtute peragẽs æternaliter quod agunt alimenta carnalia tempo-

Ioan. 6.

Forte de eſt carnẽ

Eſus carnis Chriſti quid.

raliter & finaliter. Celebrantes ſacramenta commonemur, quaſi vngulã findens & ruminans pecus, reuocare ad fauces & minutatim cõmolere dominicæ inſtitutionis exemplum, vt ſemper paſsio ſit in memoria, nec terreãt crucifixi hęredes mortis ſupplicia, ſed paſcãt & reficiant maturatæ reſurrectionis lætabunda ſolennia. Quàm præclarus eſt calix iſte, quàm religioſa eſt huius potus ebrietas, per quam excedimus Deo, & quę retro ſunt obliti, ad anteriora extendimur, non habentes ſenſum huius mundi, ſed diuitis purpurati delicias contẽnentes cruci hæremus, ſanguinem fugimus, & intra ipſa redẽptoris noſtri vulnera figimus linguã quo interius exteriusq; rubricati, à ſapientibus huius ſeculi iudicamur amentes, qui religionis huius abhorrentes mandatum, vſq; hodie retro abeunt, & à ſecretis diuinis oĩm intra ſe myſteriorum continentibus ſummam, diffugiunt & recedunt.

Qui mãducat ex hoc pane, vltra nõ eſurit, qui bibit, vltra non ſitit: quoniam myſterij huius ſic ſufficit gratia, ſic reficit intelligentia, vt cuicunq; tantæ rei innotuerit plenitudo omnis, conſummationis fine inuento, Chriſti baiulus ipſum ferat in pectore, ipſum gerat in mente, & omni tẽpore habitatori ſuo dicta

dicta & facta iubilatione conſona laudes reſonent, & gratiarum actiones decantẽt. Hæc ebrietas non accendit, ſed extinguit peccatũ: in hoc vino non eſt luxuria, nec mouetur ad ludũ poſt hunc potum laſciuia. Cum ſcpiuit obliuio cuncta carnis ludibria, mira ſunt quæ ſentit, magna quæ videt, inaudita quæ loquitur: quin agnus iſte paſchalis inhabitat, cuius animam meri huius fortitudo hilaritate inexplicabili lætificat & delectat. Inter dominicæ menſæ conuiuas animalis homo non admittitur: quicquid caro & ſanguis dictat, ab hoc cætu excluditur: nihil ſapit, nihil prodeſt quicquid humani ſenſus molitur ſubtilitas. Omne quicquid à ſuis rationibus deuium videtur, ſapientes huius ſeculi ad dementiam referunt, & à veritate reputant alienum. Sed veritas ab erroneis hominibus comprehendi non potuit, & cum in ſole vellet figere oculos, vim luminis non ferens, cæcata eſt, non illuminata humana præſumptio, & adſpectui eius lippitudo inhæſit. Vident hęc ſacramẽta pauperes ſpiritu, & hoc vno cõtenti ferculo, omnes mundi huius delicias adſpernantur, & poſsidentes Chriſtum, aliquam huius mundi poſsidere ſupellectilem dedignantur. Eſurientes & ſitientes iuſtitiam

Veritas ab erroneis non cõprehenditur.

ſuſtitiam, cũ ſaturati fuerint, vide quid agant, intellige quæ loquantur, quàm ſancti odoris ſit quicquid illa eructat plenitudo: verbum bonum, mores compoſitos, affectus pudicos, ſenſus pacificos illa interior ſyncericas vbique diffundit, ita vt poſt odoramenta iſta gratiæ huius comparticipes diſcurrant, & mutuis ſe ad inuicem affectibus complectantur, & quibus vnus eſt panis, vnũ eſt corpus, & omnium vnum cor & anima vna, vni Chriſto adhærens, cętera omnia quaſi fermenta reſpuens, in vnius azymi ſyncéritate lætatur. Perpes eſt hoc ſacrificiũ, & ſemper permanens holocauſtum, nulla panem hunc multitudo conſumit, nulla antiquitate veteraſcit. Vna eſt domus Eccleſiæ, in qua agnus editur, nullus ei cõmunicat, quẽ Iſraëlitici nominis generoſitas nõ cõmendat. Huius panis figura fuit mãna, quod in deſerto pluit: ſic vbi ad verũ panẽ in terra promiſsionis ventum eſt, cibus ille defecit. Per ſingula ſabbata propoſitionis iam frigidi & duri mutari conſueuerant, & calidi panes eiuſdẽ numeri in menſa proponi: Iã nulla fit panis mutatio, vnus eſt panis caloris continui, ſtatus integri, qui ſemel oblatus deo, in ſapore dulciſsimo & cãdore puriſsimo perſeuerat. Nec ſolos ſacerdotes

Manna panis myſtici typus.

dotes ad panes huius dignitatis Leuiticæ prærogatiua admittit, vniuersa ecclesia ad has epulas inuitatur, æqua omnibus portio datur, integer erogatur, distributus nõ dẽembratur, incorporatur, non iniuriatur: recipitur, non includitur: cum infirmis habitans, non infirmatur, nec pauperũ ministerio indignatur, fides pura, mens syncera, hunc habitatorem delectat, neq; immensi & omnipotentis Dei magnitudinem pauperculæ domus nostræ angustia offendit vel artat. Panis iste angelorum omne delectamentum habens virtute mirifica, omnibus qui dignè & deuotè sumunt, secundum suum desideriũ sapit, & amplius quam mãna illud eremi implet, & satiat edentiũ appetitus, & omnia carnaliũ saporũ irritamenta, & omnium exuperat dulcedinum voluptates. Vide quomodo his qui Christi commemorant passionem, intra sacra officia quasi per quosdam canales de interioribus fontibus egrediantur torrentes, & super omnes delicias lachrymis nectareis anima delectetur: quantã suauitatem animæ, inquirẽti vbi sit deus suus, suspiria cõtemplationis eliciãt. Non illos imbres procellosę tẽpestates deponunt, ros matutinus est, de cœlestibus stillans, & quasi vnctio spiritus mẽtem deli-

deliniens. Gemitus illos pietas excitat, & inter diem & noctem retro & ante se affectio intuens, inter data & condonata se diuidens, gratias agit tã vberis beneficijs largitori, & se sanatam & sanctificatam agnoscẽs, fletibus se abluit, & lachrymis se baptizat. Verùm his qui verbotenus corde ficci & mente aridi, sacris interſunt, vel etiam participant donis, lambunt quidem petram, sed inde nec mel sugunt, nec oleum, qui nec aliqua charitatis dulcedine, nec spiritus sancti pinguedine vegetantur, nec se iudicant, nec sacramenta dijudicant, sed ficut cibis communibus irreuerẽter sacris vtuntur muneribus, & dominicæ mensæ in veste lutulenta se ingerũt impudenter, quibus melius erat mola asinaria collo alligata, mergi in pelagus, q̃ illota conscientia de manu Domini buccellam accipere, qui vsque hodie hoc veraciſsimum & sanctiſsimum corpus suum creat, & sanctificat & benedicit, & piè sumentibus diuidit. In huius præsentia nõ superuacuæ mẽdicant lachrymæ veniam, nec vnquam patitur contriti cordis holocaustũ repulsam. Quoties te in cõspectu domini video suspirantem, spiritum sanctum non dubito adspirantem: cũ intueor flentem, sentio ignoscentẽ. Tu si templũ spiritus sancti

vio-

violas, si intra te sacrariũ Dei deturbas & fœdas, si cum calice Christi de calice dæmoniorũ communicas, contumelia est, non religio: iniuria, nõ deuotio. Idolorum seruitus, & horrenda abominatio, velle si nul Baal famulari & Christo. Abi retro cũ saccellis tuis, qui lucris inhias, & mercedes sectaris, qui opulentus in Sion quotidie crapularis, qui in lectis eburneis recubas, & in stratis segmentatis lasciuijs, qui vestiris mollibus & in terra suauiter viuentium conuersaris, cuius manus plenæ sunt sanguine, cuius lũbi discincti sunt, & sine balthei discurris ligamine. Nõ est tibi pars in sermone isto, quia quod Dei est, aufers Deo, & imaginẽ dei consecras idolo. Pauperes quidẽ spiritu, ad hoc mysterium eligit & diligit spiritus sanctus: & eorum qui pompaticè & glorioſe sacris se altaribus ingerunt, obsequia detestatur. Ozias, licet rex, ob prę sumptionem lepra percussus, à sanctuarij ingressu repellitur, & eius oblatio quasi sordida refutatur. Incensi odor de immundorum manibus reputatus est pro fœtore: & iram, non gratiam, præsumptio meruit, quia cõtra fas rẽ vsurpans illicitã, temerarie in sancta conscendit. Sed & propter malignantium insolentiam altare suum Deus repellit, & 2. Paral. 26.

san

ſanctificationibus maledicit, odit ſabbata, abominatur ſolennia, odoramenta fœtent, diſplicẽt holocauſta. In his omnibus laborare ſe dicit Deus, nec eſſe voluntatem ſuam in miniſtris impuris indignatione diſtricta teſtatur. Sed hierarcha pius, quem ſpiritus ſanctus compungit, excitat, inhabitat, & ſanctificat eleuatione manuum crucis myſterium repræſentans, cõfidenter orat pro ſua & populi ignorantia, recolens pudibundi & cõtriti animi confeſsione, & aliquando prævalente aduerſum ſe peccato fuerit derelictus, iuxta illud quod Dauid
Pſal.29. plorans ait: Auertiſti faciẽ tuam à me, & factus ſum conturbatus. Et domi-
Eſa.54. nus per Eſaiam: Ad tempus in modico derelinquam te, verecundatur fateri, & tamen fatetur iuuentutis delicta. Sed accuſatrici cõſcientiæ neceſſe eſt coram iudice reſpondere, nec poteſt ibi eſſe vllum diffugium, vbi ipſa teſtis eſt quæ accuſat, & nihil ei poteſt eſſe occultum qui iudicat. Sed vbi cum iudice agit qui iudicatur, & ipſe in partem accuſatoris tranſiens, etiã in ſua proſcriptione ſententiam approbat condemnantis, experitur clementiam ſaluatoris, & lętabundus canit: Domine, in voluntate tua
Pſal.29. præſtitiſti decori meo virtutem. Et ite-
Eſa.55. rum per Eſaiam audit: In miſerationibus

bus magnis congregabo te. Sed & in eodem articulo temporis, cum iam anima festinet ad exitum, & egrediens ad labia expirantis emerserit, pœnitẽtiam clementissimi Dei benignitas non adspernatur, nec serum est quod verum, nec irremissible quod voluntarium, & quæcunque necessitas cogat ad pœnitudinem, nec quantitas criminis, nec breuitas temporis, nec horæ extremitas, nec vitæ enormitas, si vera contritio, si pura fuerit voluptatum mutatio, excludit à venia, sed in amplitudine sinus sui mater Charitas prodigos suscipit reuertentes, & velit nolit Nouatus Hæreticus, omni tempore Dei gratia recipit pœnitẽtes. Ipse dominus noster derelictorum personam gerens in cruce se queritur derelictum, & ne desperarent etiam in vltimis constituti, festinans in adiutorium ilicò adest, & re in arcto posita, nõ differt beneficium, sed repente indulgentiæ celeris documentum eiusdem statuit & exemplum, latroni inquiens: Hodie mecum eris in paradiso. Latrocinium damnationem meruerat & supplicium, sed cor contritum pœnam mutauit in martyrium, & sanguinem in baptismum. In momento impietas religionem, crudelitas induit pietatem, & statim consummatus

Dei gratia & charitas omnes recipit.

Luc. 23.

ciuis

ciuis ſanctorum & domeſticus Dei, præmiſſus eſt in regnum reconciliationis humanæ, priuilegiũ ſecum ferens ad ſuperos, quòd Deo patri tantæ legationis fungens honore, in ſeipſo ſcripturæ huius experimentum continens, libero & ſecuro aditu penetrans, præſentauit.

Quid tu dñe amplius Stephano contuliſti? quid amplius ille obtinuit dilectus tuus, qui ſupra pectus tuũ in cœna recubuit? quid amplius Pauli meruêre ſudores? quid labores ſanctorũ? quid tot annorum tormenta? quid martyrum plagæ? Vna hora huic collatum eſt præmium, ad quod illi per tot diſcrimina piruenerũt. Sic tu dñe armentarios ſtatim facis prophetas, opiliones reges, teloniarios apoſtolos, piſcatores doctores. Neq; ab his quos ſanas, lentè languor abſcedit: ſed ilicò quẽ reſtituis ex integro conualeſcit, quia conſummatũ eſt quod facis, & perfectum quod largiris. Hanc dei gratiam recolens qui de ſacro calice bibit, amplius ſitit: & ad deum viuum erigens deſiderium, ita ſingulari fame illo vno adpetitu tenetur, vt deinceps fellea peccatorum horreat pocula, & omnis ſapor delectamentorum carnalium, ſit ei quaſi rancidum, radensq; palatũ acutę mordacitatis acetum. Ad hæc inter ſacra myſteria ad

grati-

gratiarum actiones conuertitur, & inclinator capite, munditia cordis adepta, ſe intelligens cõſummatum, reſtitutus peccator, ſanctificatam Deo animam quaſi depoſitum cuſtoditum fideliter reddit, & deinceps cum Paulo gloriatur & lætatur dicens: Viuo iam non ego, viuit verò in me Chriſtus. Hæc in Chriſti cõmemoratione retractanturà fidelibus, & defecata animis, carnis eius edulium non eſt horrori, ſed honori, potuq; ſancti & ſanctificãtis ſanguinis ſpiritus delectatur. Hæc quoties agimus, non dentes ad mordendũ acuimus, ſed fide ſyncera panem ſanctum frangimus & partimur, dum quod diuinum & quod humanum eſt, diſtinguimus & ſeparamus, itemq; ſimul ſeparata iungentes, vnum Deum & hominem fatemur. Sed & noſipſi corpus eius effecti, ſacramento & re ſacramenti capiti noſtro cõnectimur & vnimur, ſinguli alter alterius membra, miniſterium dilectionis pro inuicem exhibentes, communicamus charitate, participamus ſolicitudine, eundem cibũ manducantes, & eundem potum bibentes, qui de petra ſpiritali profluit, & emanat, qui cibus & potus eſt dominus noſter Ieſus Chriſtus.

Gala. 2.

FINIS.